GEORGII CYPRII DESCRIPTIO ORBIS ROMANI

Georgius (of Cyprus), Leo VI (Emperor of the East)

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM
TEUBNERIANA.

GEORGII CYPRII

DESCRIPTIO

ORBIS ROMANI

ACCEDIT LEONIS IMPERATORIS DIATYPOSIS
GENUINA ADHUC INEDITA

EDIDIT PRAEFATUS EST COMMENTARIO INSTRUXIT

HENRICUS GELZER

ADIECTAE SUNT QUATTUOR TABULAE GEOGRAPHICAE

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCXC

BIBLIOTHECA

SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM TEUBNERIANA.

	M. *ℛ*
Aelianus ed. *Hercher.* 2 voll.	9.—
—— —— **varia historia**	—.90
Aeneae comment. ed. *Hug*	1.35
Aeschines ed. *Franke*	—.90
Aeschyli tragoediae ed. *Weil*	1.50
—— —— Einzelne Stücke . . . à	—.30
Ammianus M. ed. *Gardthausen.* 2 voll.	7.20
Anacreon ed. *Rose.* Ed. II	1.—
Andocides ed. *Blaſs.* Ed. II	1.20
Annae Comnenae Alexias ed. *Reifferscheid.* 2 voll.	7.50
Anthimus ed. *Rose*	1.—
Anthologia latina ed. *Riese.* I. 1. 2.	7.50
—— **lyrica** ed. *Hiller.* Ed. IV	3.—
Antiphon ed. *Blaſs.* Ed. II	2.10
Antoninus ed. *Stich*	1.80
Apollodorus ed. *Bekker*	1.—
Appollon. Rhodius ed. *Merkel*	1.—
Appian ed. *Mendelssohn.* 2 voll.	9.—
Archimedis opera omnia. Ed. *Heiberg.* 3 voll.	18.—
Aristophanes ed. *Bergk.* 2 voll.	3.—
—— —— einzelne Stücke . . . à	—.45
Aristoteles, de partibus animal. ed. *Langkavel*	1.80
—— **de arte poetica** ed. *Christ*	—.60
—— **physica** ed. *Prantl*	1.50
—— **Ethica Eudemia** ed. *Susemihl*	1.80
—— —— **Nicomachea** ed. *Susemihl*	1.80
—— **de coelo etc.** ed. *Prantl*	1.20
—— **de coloribus, audibilibus, physiogn.** ed. *Prantl*	—.60
—— **politica** ed. *Susemihl*	2.40
—— **magna moralia** ed. *Susemihl*	1.20
—— **de anima libri III** ed. *Biehl*	1.20
—— **ars rhetorica** ed. *Römer*	2.10
—— **metaphysica** ed. *Christ*	2.40
—— **fragmenta** ed. *Rose*	4.50
—— **oeconomica** ed. *Susemihl*	1.50
—— **de plantis** ed. *Apelt*	3.—
Arriani expeditio ed. *Abicht*	1.20
—— **scripta min.** ed. *Eberhard*	1.80
Athenaeus ed. *Kaibel.* 3 voll.	17.10
Augustinus iter. ed. *Dombart.* 2 voll.	6.—
Aulularia ed. *Peiper*	1.50
Ausonius ed. *Peiper*	6.60
Autolycus ed. *Hultsch*	3.60
Avienus ed. *Breysig*	1.—
Babrius ed. *Schneidewin*	—.60
Boetius de inst. math. ed. *Friedlein*	5.10
—— **de consolatione** ed. *Peiper*	2.70
—— **comm. in libr. Aristotelis** *περὶ ἑρμηνείας* rec. *Meiser.* 2 voll.	8.70
Bucolici Graeci ed. *Ahrens*	—.60
Caesar ed. *Dinter*, kplt.	1.50
Caesar ed. *Dinter.* 3 voll. . . . à	1.—
—— **de bello Gallico.** Ed. min.	—.75
—— —— **civili.** Ed. min.	—.60
Cassius Felix ed. *Rose*	3.—
Catullus ed. *Müller*	—.45
—— **Tibull. Propertius** et *Müller*	2.70
Cebetis tabula ed. *Drosihn*	—.60
Celsus ed. *Daremberg*	3.—
Censorinus ed. *Hultsch*	1.20
Cicero ed. *Müller.* 5 partes 11 voll.	22.35
[Auch in 37 einzelnen Heften.]	
—— **orat. selectae XXI** ed. *Müller.* 2 partes	1.50
—— —— **XIX** edd. *Eberhard* et *Hirschfelder*	2.—
—— **epistolae** ed. *Wesenberg.* 2 voll.	6.—
—— —— **sel.** ed. *Dietsch.* 2 partes	2.50
Commodianus ed. *Ludwig.* 2 voll.	2.70
Cornelius Nepos ed. *Fleckeisen*	—.30
Cornutus ed. *Lang*	1.50
Corpusculum poes. epic. ludib. edd. *Brandt* et *Wachsmuth.* 2 voll.	6.—
Curtius Rufus ed. *Vogel*	1.20
Dares Phrygius ed. *Meister*	1.20
Demosthenes ed. *Dindorf.* Ed. IV cur. *Blaſs.* 3 voll.	4.50
—— —— Auch in 6 Partes, à pars	—.75
—— —— Editio maior. 3 voll.	7.20
Dictys Cretensis ed. *Meister*	1.50
Dinarchus ed. *Blaſs*	1.—
Dio Cassius ed. *Melber.* Vol. I	4.50
Dio Chrysost. ed. *Dindorf.* 2 voll.	5.40
Diodorus Siculus ed. *Vogel.* Vol. I	3.60
Dionysi Halicarn. ed. *Jacoby.* Vol. I. II	6.60
Dracontius ed. *de Duhn*	1.20
Eclogae poet. latin. ed. *Brandt*	1.—
—— **poet. graec.** ed. *Stadtmüller*	2.70
Epicorum Graec. fragm. ed. *Kinkel.* I	3.—
Erotici script. ed. *Hercher.* 2 voll.	7.50
Euclidis elem. ed. *Heiberg.* 5 voll.	24.60
Eudociae violarium ed. *Flach*	7.50
Euripides ed. *Nauck.* Ed. III. 3 voll.	5.70
—— —— Einzelne Tragödien à	—.30
Eusebius ed. *Dindorf.* 4 voll.	15.—
Eutropius ed. *Dietsch*	—.30
—— ed. *Ruehl*	—.45
Fabulae Aesopicae ed. *Halm*	—.90
Fabulae Roman. ed. *Eberhard.* Vol. I	3.75
Florilegium graec. 10 fasc. . . à	—.45
Florus ed. *Halm*	1.—
Fragmenta poet. Rom. ed. *Baehrens*	4.20
Frontinus ed. *Gundermann*	1.50
Gaius ed. *Huschke.* Ed. V	2.70
Galeni scripta minora. Vol. I. ed. *Marquardt*	2.10
Gellius ed. *Hertz.* Ed. II. 2 voll.	4.20
Heliodor ed. *Bekker*	2.40
Herodian ed. *Bekker*	1.20
Herodotus edd. *Dietsch-Kallenberg.* 2 voll. . . . à	1.35
Vol. I auch in 2, II in 3 Fasc.	
Hesiodus ed. *Flach*	—.45
Hesychius Milesius ed. *Flach*	—.75
Hieronymus ed. *Herding*	2.40
Historia Apollonii ed. *Riese*	1.—
Historici Graeci minores ed. *Dindorf.* 2 voll.	8.25

GEORGII CYPRII

DESCRIPTIO

ORBIS ROMANI

ACCEDIT LEONIS IMPERATORIS DIATYPOSIS
GENUINA ADHUC INEDITA

EDIDIT PRAEFATUS EST COMMENTARIO INSTRUXIT

HENRICUS GELZER

ADIECTAE SUNT QUATTUOR TABULAE GEOGRAPHICAE

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCXC

P. 923

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

DU

GEORGIO · GOETZ

COLLEGAE · AMICISSIMO

D · D

HENRICUS · GELZER

PRAEFATIO.

Inter notitias episcopatuum a Partheyo in corpus collectas principatum obtinet ea quae prima ab illo numeratur quinque dioeceses comprehendens, cum ceterae — excepta una — dioecesim nullam describant nisi Constantinopolitanam. Atque pauci quidem hanc notitiam attigerunt, quos tamen non fugit, singulae eius partes quantopere inter se discrepent. Cum enim Byzantium in provincias triginta tres bene digeratur, Romanae sex tantummodo enumerantur. Quam rem Romani aegerrime tulerunt et insignem opusculi corruptionem magnae eius qui scripsit rerum occidentalium ignorantiae tribuerunt.[1]) Contra Britannos[2]) iuvat affirmare veterem illo libello ecclesiae statum proponi, cum pontificis Romani potestas ad omnes provincias occidentales nondum pertinuerit, atque imprimis illi gaudent „nec Angliam, nec Scotiam, nec

1) Verum ubi de Romana mentionem habet, tanta et talis est in subditorum episcopatuum enumeratione varietas, tanta vocum corruptio, tanta denique appellationum confusio reperitur, ut pace viri literati dixerim, putem vel ab occidentalium locorum ignaro, vel ab imperito conscriptam. Goar ad Codinum p. 335.

2) Beveregii συνοδικόν II Annot. p. 148.

Hiberniam throno Romano ibi annumerari.“ Et hi et illi valde errant. Nam quod is quoque qui notitiam confecit provincias ecclesiasticas descripsisse sibi visus est, eximia eius stultitia et rerum inscitia inde cognoscitur. Etenim qui diligentius circumspexerit, in duas libellum totum et diversas inter se partes dissolvi — Not. I, 1—529 et 530—1063 ed. Parth. — facile videbit. Quarum prior vere est notitia episcopatuum et indicem praebet, ut solent eius generis libelli 1) omnium metropolitarum 2) autocephalorum 3) episcoporum metropolitis singulis subiectorum, et ad solam fere dioecesim Constantinopolitanam pertinet. De dioecesibus imaginum eversarum aetate a patriarchatibus Romano et Antiochensi, quorum praesules potestati Byzantinae non subiecti erant, disiunctis duabus in fine annotationibus breviter agitur. (Parth. 520—529.) Hanc priorem partem propriam separatamque originem habere non modo ex partium quae sequuntur plane diverso genere et similitudine ceterarum notitiarum intellegitur, sed argumento etiam aliunde petito potest probari; codex enim Vindobonensis philos. et philol. CCCXXII fol. 107^r—210^r separatim eandem notitiam offert. Recens ille quidem codex admodum est, sed archetypus eius cum Baroocciano CLXXXV codice optimo artissime coniunctus.

Mirum quantum ab hac priore altera pars (Parthey Not. I, 530—1063) discrepat, profanae originis, non ecclesiasticae, imperii Romani orientalis descriptio, libellus cum Hieroclis Synecdemo comparabilis. Leguntur autem in eo provinciae quas post Hieroclis tempora in Italia, in Africa, in Hispania Byzantini in

suam potestatem redegerunt; omittuntur Illyria, Europa, Asia, Pontus, quae cum in priore parte olim tractatae essent, nunc in ecclesiastica illa notitia locum suum invenerunt.

Quae profana alterius partis origo pluribus argumentis probatur.

1) Prioris partis origo ecclesiastica vel forma ostenditur; nec enim provinciae earumve oppida enumerantur, sed ut fieri solet in notitiis, metropolitae et episcopi illis subditi, velut in Galatia:

Γ̄. Ἐπαρχία Γαλατίας
ὁ Ἀγκύρας
ᾱ ὁ Ταβίας
β̄ ὁ Ἡλιουπόλεως
γ̄ ὁ Ἀσπόνης κτλ.

Altera autem in parte primum provinciae nomen, deinde metropolis, tum reliqua oppida afferuntur velut:

Ἐπαρχία Συρίας B̄.
Ἀπάμεια μητρόπολις
Ἀρέθουσα
Ἐπιφάνεια
Λάρισσα
Ἐπιφάνεια
Σελευκόβηλος
Ῥαφανέαι.

quamquam loci multi eximendi sunt, velut in Urbicaria: **Βριττίων**, *Γενούης*, *Πόρτου Ῥώμης*, in Sicilia *Θερμῶν*, *Ἀκράγαντος*, *Καρίνης*, in Byzacio *Ἰούγκης*, *Ταλέπτης*, *Κολούλης*, *Κάψης*, in Aegypto II *Ξόεως*

alii, cuius rei exempla quamvis pauciora etiam apud Hieroclem inveniuntur (cf. Parthey p. V), et recte Wesseling adnotat: „videtur librarius haec ad normam ecclesiasticae notitiae exegisse et episcopum huius urbis solenni in illis more signasse.“ Neque dubium est, quin is qui hanc imperii descriptionem confecit, in genetivum saepius aberraverit, quo in notitiis scribendis uti solebat. Propriam autem notitiarum formam, quae genetivo articulum praemittit, semel quidem apud Hieroclem usurpatam (673, 9), in altera huius notitiae parte nusquam invenies.

2) Indices origini ecclesiasticae repugnant, nullos enim dant magistratus nisi civiles, ut Italiae: *ὑπὸ τὸν ἐνδοξότατον ὕπαρχον Ῥώμης ἤτοι Ἰταλίας*, Africae: *ὑπὸ τὸν ἐνδοξότατον ἔπαρχον Ἀφρικῆς*, Aegypti eparchiae I *Ἀλεξάνδρεια ὑπο δοῦκα καὶ αὐγουστάλιον.* Quae libri typis confecti ante titulum generalem *διὰ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως* exhibent:

Ἐπαρχία Αἰγύπτου
Πατριάρχη.

ea neque in Barocciano, neque in Coisliniano, praeter quos codices ad contextum constituendum nullus valet, leguntur. Neque obstant verba haec: *Ἀντιόχεια ἡ πρὸς Δάφνην, θρόνος πατριαρχικός* codicum omnium consensu tradita; nam in ecclesiastica notitia metropolitis, autocephalis, eparchiotis protothronum Tyrium eiusque suffraganeos succedere oportet — id quod fit in notitia Antiochensi nobis servata (Itin. et descript. Terrae S. ed. T. Tobler p. 331 sq.) —, hoc vero loco Ciliciae et Isauria similiter atque apud Hieroclem provinciae patriarchali praemissae sunt. Neque quod parti-

culae singulae ad ecclesiae ordinem spectant, propterea habendus est ecclesiasticus libellus totus. Quid quod verba illa ab eo qui conscripsit librum aliunde addita esse licet putare, quippe qui ecclesiasticam notitiam habere sibi visus sit? Duo quidem in fine loci de Armeniae magnae et Cypri autocephalia ecclesiastica quin eidem debeantur dubium non est.

3) Si indicem provinciarum Italicarum percurres, maximas provincias urbesque, ut Liguriam, Etruriam, Umbriam, Samnium, ut Mediolanium, Parmam, Mantuam, Spoletum, Beneventum, alias primo aspectu desiderabis, invenies magnum numerum castrorum, ex parte admodum obscurorum. Quae res ex eius qui scripsit arbitratu explicari nequit, sed ita intellegenda est, ut libellum illum imperii descriptionem esse anno circiter sexcentesimo confectam existimemus. Atque ea sola nominantur, quae sub imperio Romano erant; itaque desunt regiones Langobardis subditae. Consentaneum est oppida quae appellantur, provinciae Romanae, Campaniae, Apuliae et Calabriae, agri Bruttiani, exarchatus qui postea vocabatur, Venetiae, Istriae terminis et Liguriae ora circumscribi. Quoniam vero orthodoxorum qui Langobardorum imperio subiecti erant, et Romanorum coniunctionem ecclesiasticam interruptam numquam esse ex Gregorii I epistulis compertum habemus, archiepiscopatus illos et episcopatus alienae potestati casu subditos in notitia ecclesiastica neglectos esse quis credat?

4) Quo minus nominum Italicorum, eo plus Siciliensium. Duo enim et viginti oppida insulaeque vicinae recensentur cum tot episcopatus in Sicilia pro-

vincia numquam fuerint; velut insularum Liparaearum in unam semper dioecesim ecclesiasticam coniunctarum non minus quattuor afferuntur. Quod explicatur verbis Constantini imperatoris his (de thematibus II, X p. 60, 4): *εἰσὶ δὲ αἱ ὑπὸ Σικελίαν καὶ τὸν ταύτης στρατηγὸν πόλεις κβ.* Ubi illum de priore reipublicae statu[1]) dicere inde sequitur, quod quae ultima Romani in Sicilia habuerint, iam Basilio et Leone imperantibus periisse ipse tradit: *ὅσα τοίνυν κατελείφθησαν κάστρα, παρὰ τῶν ἀθέων Σαρακηνῶν κρατοῦνται· μόνη δὲ ἀντιπέραν ἡ Καλαβρία κρατεῖται παρὰ τῶν Χριστιανῶν.* Totidem autem, quot Constantinus numerat, h. e. duo et viginti, ut supra commemoravimus, in hoc provinciarum indice oppida sub titulo *νῆσος Σικελίας* afferuntur, ut liber ille quin imperii profanam descriptionem exhibeat, dubitari nequeat.

5) Nec minus Africae et subiectarum terrarum descriptione librum pro ecclesiastico habere vetamur. Nam cum provinciae Africanae episcopatibus adeo abundarent, ut etiam Hunerico rege persecutionum scilicet temporibus vocati ab illo CCCCLXVI antistites Carthaginem convenerint, hic quadraginta fere

---

1) Etiam alia evincunt, Constantinum imperatorem in describenda Sicilia fonte usum esse, qui Georgio Cyprio fere aequalis erat. Dicit enim (de themat. II, 10): *κρατεῖται δὲ νῦν (ἡ Σικελία) ὑπὸ τὴν ἀρχὴν Κωνσταντινουπόλεως διὰ τὸ τὸν αὐτοκράτορα Κωνσταντινουπόλεως θαλασσοκρατεῖν μέχρι τῶν Ἡρακλέους στηλῶν καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς ὧδε θαλάσσης.* Quae verba a Iustiniani temporibus ad Heraclium valent, ipsius vero Constantini temporibus non iam valere possunt.

nomina exhibentur. Et si quis coniecerit multitudinem episcoporum a Byzantinis qua erant parsimonia pro incolarum decrescente frequentia valde imminutam esse, repugnant acta conciliorum provincialium ex saecc. VI et VII satis multa, unde et nominibus antistitum subscriptis permultas fuisse urbes episcopales cognoscitur quae desunt in hac descriptione. Contra Sardinia, cui in Hunerici catalogo sex tantum sedes tribuuntur, oppida castellaque hoc auctore novem habet.

6) Ut occidentalium, ita orientalium provinciarum descriptio speciem profanam prae se fert. Nam quod dioecesi Aegyptiae eparchia Tripolitana annectitur, id nisi propter administrationem civilem fieri non potuit, quippe cum Tripolitana Alexandrino pontifici numquam subiecta fuerit.[1])

7) Cum in Aegypto tum in dioecesi orientali multa *κλίματα* vel *κῶμαι* vel *ῥεγεῶνες* vel *σάλτοι* numerantur, iure urbis carentia. Quorum vicorum quos ex hac notitia cognoverat episcopos explorare frustra quin contenderet Le Quienus, fieri non potuit. Optime autem civilis huius notitiae origo ex ea parte intellegitur quae de Isauria est. Dicuntur enim eius regionis praeter metropolim oppida viginti quattuor et climata quattuor. Habet autem Isauria eo ipso qui priorem partem scripsit auctore (N. I, 529 cfr. V, 56 Parth.) viginti quattuor episcopatus eosque ut videtur in ipsis oppidis hac imperii descriptione prolatis, quae episcopalia omnia fuisse subscriptionibus

1) Quae Nilus Doxapatrius et Pocockii notitia Alexandrina proferunt, ineptiae sunt ex sola hac notitia et militum cruciferorum fabulis haustae.

conciliorum vel notitiis ecclesiasticis probatur. Quattuor ergo illa *κλίματα* in ecclesiastica notitia locum non habent.

8) Septimo loco in hoc indice orientalis dioeceseos provincia Theodorias eiusque metropolis Laudicea, oppida Paltus, Balaneae, Gabala nominantur. Ioannes Malalas vero (II p. 183 ed. Ox.) s. a. 528[1]) haec habet: *Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἀπεμέρισεν ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς πρώτης Συρίας Λαοδίκειαν καὶ Δαβαλὰ (γρ. Γάβαλα) καὶ Πάλτον τὰς πόλεις καὶ ἀπὸ Ἀπαμείας τῆς δευτέρας Συρίας Βαλανέας πόλιν καὶ ἐποίησεν ἐπαρχίαν ἥντινα ἐπωνόμασε Θεοδωριάδα δοὺς αὐτῇ καὶ μητροπολιτικον δίκαιον· τὸν δὲ ἐπίσκοπον Λαοδικείας οὐκ ἐλευθέρωσε τοῦ ὑποκεῖσθαι τῷ πατριάρχῃ τῆς Ἀντιοχέων πόλεως.* Theodorias igitur provincia reipublicae est facta, non ecclesiae, et Laudicea quamvis metropolis iure praedita tamen pontifici Antiochensi ut antea parebat.[2]) Quod confirmatur notitiis ecclesiasticis; quarum et vetustissima quae Eusebii nomine falso inscribitur, Laudiceam non inter decem Antiochiae metropoles, sed in autocephalorum ordine, Gabala et Paltum inter eparchiotas habet, et

---

1) Novella VIII (535) haec provincia nova iam significatur.

2) Simillime statuitur de Armenia IV (Novella XXXI, cp. II): *τὰ μέντοι περὶ τὰς ἱερωσύνας, καθὰ πολλάκις εἰρήκαμεν μένειν κατὰ τὸ πρότερον βουλόμεθα σχῆμα, οὐδὲν οὔτε περὶ τὸ μητροπολιτικὸν δίκαιον οὔτε περὶ τὰς χειροτονίας τοῦ πράγματος ἀμειβομένου ἢ καινιζομένου κτλ.* Quamobrem Gregorius a. 553 episcopum Iustinianopolitanorum civitatis magnae Armeniae se subscribit, quamquam Iustinianus urbem primae Armeniae addixerat.

Latina saeculi XII, qua quidem prior ecclesiae status describitur, Laudiceam metropolitano „per se subsistenti", Gabala et Paltum archiepiscopis dat, Balaneam suffragii Apamensis etiam tum esse dicit. Apparet Theodoriadem numquam ecclesiasticam provinciam fuisse, quod novum atque insigne argumentum profanae huius libri originis est.

9) Cum apud Pseudeusebium Amidae octo suffraganei, Darae tres sint, in hoc libello praeter has urbes et Martyropolim (Mîjâfârîkîn) XXXII castra limitanea enumerantur. Vera igitur huius libelli origo luce clarius ostenditur.

Nunc libellum illum si quaeres quis aut conscripserit aut in hanc notitiam redegerit, et ad hoc et ad illud codices boni ita respondebunt, ut dubitare nequeas. Adnotatum enim videbis et in Barocciano libro ms. et in Coisliniano ad *κλίμα Σοφήνης* haec: *χωρίον ὑπὸ τὺ αὐτὸ κλίμα λεγόμενον Ἰαλιμβάνων, ὅθεν ὁρμᾶται ὁ τὴν παροῦσαν φιλοπονήσας βίβλον Βασίλειος*, et ubi Cyprus describitur: *Λάπιθος ἐν ᾗ ἐγεννήθη Γεώργιος ὁ Κύπριος ὁ γράψας τὴν βίβλον ἐξ ἧς ταῦτα μετελήφθησαν.* Quibus ex locis ecclesiasticam notitiam Constantinopolitanam cum profana parte in unum corpus a Basilio, homine Armenio, coniunctam esse luce clarius apparet: ipse enim ille in hanc, quam habemus, formam notitiam redegit (*ὁ τὴν παροῦσαν φιλοπονήσας βίβλον*). Quo autem libro Basilius usus sit, in aperto est; scilicet Italiae, Africae, Orientis descriptio Georgio Cyprio (Lapathio) debetur, quem Hieroclis librum imitatum esse putare licet. Europa et Asia in hac descriptione desunt,

pro quibus partibus Basilius nescio an catologos *χαρτοφυλακείου* patriarchalis posuerit.

Quo tempore Basilius notitiam suam quasi confuderit, aliquo modo definiri potest. Quae in Caroli a St. Paulo libro ms. subscribuntur[1]): *ἡ παροῦσα ἔκθεσις ἐγεγόνει ἐν ἔτει ͵ϛτϙα′* (Car. *͵ϛτκα′*) *ἐπὶ τῆς βασιλείας κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ καὶ Φωτίου πατριάρχου*, habent illa quidem aliquid difficultatis; neque enim anno 883 Leo imperator erat et cum primum Leo esse coepit, desiit Photius esse patriarcha. Desunt praeterea verba illa in libris bonis, qua de causa posteriore manu addita videntur esse.[2]) Sed cum multo prior ecclesiae status describatur quam qui fuit Photio patriarcha, cumque mutatae multae res essent in ordine ecclesiae iam ante concilii universalis VIII aetatem, quas Basilius ignorat, ante illud concilium notitia confecta est. Ad tempus certius definiendum provincia Galatia altera (Amorium) adhiberi potest; quae cum in Coisliniano solo exstet numero non addito, in archetypo postea adscripta erat. Quod ita se habere etiam insigni librarii errore et in Barocciano codice et in Coisliniano ostenditur. Superiore enim loco recte positus Marcianopolis praesul cum suffraganeis post Mosynos repetitur. Neque dubitari potest quin Amorium metropolim novam in margine Basilius adiecerit et qui archetypum codicum illorum scripsit, cum ad Mosynos pervenisset,

---

1) Caroli a S. Paulo geographia sacra parerg. p. 63 ed. Paris 1641, cfr. Codin. ed. Goar p. 362.

2) Cfr. Jahrb. f. prot. Theol. XII p. 362 sqq.

Amorium loco suo recepturus, in columnam alteram aberrans Marcianopolim iterum intulerit. Ceterum codex Vindobonensis huius erroris expers ex alio atque illi libro haustus est. Floruit autem Amorium Michaele Amoraeo (820—829) et Theophilo (829—841) imperatoribus, qui Phryges erant; deleta est ab Arabibus a. 838; antea ergo illa *πατρὶς καὶ πόλις τοῦ ἀλιτηρίου τυράννου* in metropolis ordinem promota eique partes Galatiae, Phrygiae salutaris, Pisidiae adiunctae esse videntur; Basilius igitur illorum imperatorum aetate i. e. noni saec. priore parte floruit.

Georgius Cyprius quo tempore fuerit quamvis in hac quaestione rebus non paucis adiuvemur, difficilius cognitu est. Cum Aegypti et Orientis dioeceses ab Arabibus non imminutas in tabulas suas retulerit, ante illorum aetatem scripsisse utique censendus est. Italiae quoque prior status describitur quam qui posteriore Heraclii aetate fuit; nam Vintimilia, Genua, Luna Romanis attribuuntur, cum ora Liguriae tota ad fines Francos a Rothari rege (636—652) Romanis abrepta sit. Contra ante Iustini II imperatoris annos extremos aut Tiberii primos, cum Mauricius in Arzanena vicit multosque locos occupavit (Theophyl. Simoc. III, 15), Georgii liber confectus esse non potest. Quod enim ille iam novit *Κάστρον Σαμοχάρτων*, id hoc ipso bello propugnaculi loco a Mauricio institutum est (Ioann. Ephes. VI, 35). Ad tempus etiam accuratius definiendum alia res pertinet. Dara enim et Martyropolis in hac descriptione Mesopotamiae provinciae attribuuntur, ex quibus oppidis illa hieme 573/4 adempta, bello quod pro Chosroë II restituendo gestum

est, ante pacem a. 591 factam iisdem reddita est. Quae cum ita se habeant, ad Mauricii tempora perducimur. Eodem spectant ea quae ad (Neo)caesaream et Sergiopolim de S. Sergio adnotantur. Nam cultus illius viri sancti, cui rex Zoroastris fidei addictus et ea quae prospere ei successerant, et filium natum debere gloriatus est, et quem donis pretiosis ornavit, eodem tempore mirum in modum apud Syros florere coepit; cuius rei testes sunt Theophylactus Simocatta et Euagrius in historia ecclesiastica (cfr. etiam Waddington ad 1915). Cum illius viri sancti praeclara facinora etiam in omnium memoria et ore essent, Georgius illud in tabulas suas intulit. Ad Phocae vero tempora descendere quibusdam locis descriptionis Italiae cogimur. Cremona et Mantua urbes, eodem tempore, quo ille regnare coepit, Romanorum imperio a Langobardis ereptae, in libro iam non exstant, cum *κάστρον Βρίξιλλον* et *'Ορβοβέρα* (Urbevetus) orientali potestati addicantur; ex quibus illud paulo post Mantuam captam dimissum est a Romanis, hoc anno 605/6 in Langobardorum potestatem pervenit. Quae res tam exiguo spatio disiunctae sunt, ut vix miremur, si Georgius in oriente degens non omnia prorsus accurate rettulit. Quare in eo acquiescendum est, ut primis imperatoris Phocae annis eum scripsisse statuamus. Repraesentat autem hic liber Romanum imperium Mauricio auctore solidatum.

Nunc qua ratione Georgio Cyprio auctore provinciae ordinatae sint, inquiramus. Summus Italiae magistratus est ὁ *ἐνδοξότατος ἔπαρχος 'Ρώμης ἤτοι 'Ιταλίας*, vir magnificus praefectus praetorio per Italiam.

Omittitur autem ἔξαρχος, quod ad civilem plerumque rem describendam Georgius spectat. Praefecto parent:

ἐπαρχία Οὐρβικαρίας
ἐπαρχία Καμπανίας
νῆσος Σικελίας
ἐπαρχία Καλαβρίας
ἐπαρχία Ἀννωναρίας
ἐπαρχία Αἰμι⟨λί⟩ας.

Quas singillatim perlustrantem multae res magnopere offendent. Nam in Urbicaria urbes Liguriae, Italiae inferioris, Campaniae, in Campania Urbevetus, Gradum, in Annonaria Pola, Tergeste aliae enumerantur. Accedit quod in Campania provincia quinque nomina provinciarum oppidis castrisque admiscentur, itemque Picenum Annonariae oppidis. Et licet ille occidentalium rerum eadem scientia non fuerit, qua orientalium, quippe ubi scriberet, totam hanc perturbationem inde ortam esse nemo erit qui iudicet. Sed in archetypo eorum codicum, qui auctoritatem habent, provinciae oppidaque in columnas duas versuum tricenorum binorum relatae videntur fuisse, quo factum ut oculis scribentis in alteram columnam aberrantibus provinciae cuiuspiam oppida aut neglegerentur aut in locum alienum devenirent. Et cum errores Coisliniano et Barocciano maximam partem communes sint, iam librum, quo Basilius in Italia describenda fonte usus est, magnopere depravatum fuisse apparet. Si vero urbium tabulas velut Aegypti aut Orientis diligentissime scriptas reputaveris, Tarracina, Fundi, Formiae, castrum Cumanum, Surrentum, Ariminum, ubi dux sedem habuit, Bononia, Ancona, Auximum,

Barium, Hydruntum alia omissa non sunt nisi eius librarii erroribus, a quo codices nostri dependent. Et ordo mirum in modum perturbatus et singula nomina incredibiliter corrupta cum aliarum provinciarum tum Urbicariae et Campaniae maximam recognitioni difficultatem creant. Nomen enim depravatum in provincia Campania, ut exemplo utar, positum utrum huius an Urbicariae an Italiae inferioris an alius provinciae oppidum significaverit dubium est. Neque tamen hic liber, quippe quo solo oppida non pauca Byzantini imperii fuisse satis cognoscatur, pro nihilo ducendus est. — Diehl (études sur l'administration byzantine p. 19 sq. et 31) rem militarem hac aetate administrari videtur sibi probavisse provinciis his: 1) Istria, 2) Venetia, 3) Exarchatu qui proprie dicitur et Calabria, 4) Pentapoli, 5) Roma, 6) Neapoli et agro Bruttiano, 7) Liguria. Nam si quis obiciat provincias militares non easdem utique habendas esse atque civiles, ei responderi poterit hunc librum eisdem temporibus confectum esse quibus illae consentire paulatim coeperunt. Quod provincia praefecto subdita ipsius nomen non sequitur, nihil offensionis habet; item enim dioecesis orientis prima provincia non Syria I, sed ut apud Hieroclem, Cilicia, Aegypti Augustamnica I numeratur. Italiae igitur primam provinciam referri Romanam tantum abest ut miremur, ut illud necesse videatur esse. Urbicariae, ut certissima modo exempla afferam, Roma, Portus Romanus, Centumcellae, Caëta, Tibur, Nepe, Sora, Anagnia attribuuntur; Campaniae sunt quae eodem loco leguntur, Amalfi, et ut videtur Compsa, Annonariae *νῆσος Κωμανίκεια.* Tribunos

militares Apuliae et Calabriae Exarcho ipsi paruisse Diehlius Gregorii I epistula (Jaffé 1732, altera enim, Jaffé 1701, vim non habet) probare studuit. Civiles ibi magistratus eadem ratione praefecto subiectos fuisse recte fortasse colligitur. Praeterea in Urbicariae oppidis Vintimilia, Genua, Luna, orae maritimae adiectae, Ilva insula exhibentur; propriumque quod illo tempore erat nomen, cosmographus Ravennas (p. 249, 5) tradit hoc: „provincia maritima Italorum, quae dicitur Lunensis, et Vigintimilii et ceterarum civitatum." et simile Guido (p. 504, 10): „Octava decima Vintimilia Ripariolum Lunensis quae et maritima." Summus magistratus „Ioannes vir magnificus qui praefecturae illic vices acturus advenit" a Gregorio appellatur (Jaffé 1628).

Neque minus Campaniae descriptio in omnibus fere rebus turbata est. Aberraverunt oppida nonnulla in Urbicariam, alia in Annonariam, cum suis locis Neapolis et Misenum exstent. Ibidem Brettania Pannonia Calabria Apulia Venetia leguntur provinciarum nomina. Ex quibus Pannoniam omitto, quae diu in partibus sita quid hoc sibi loco velit non liquet; si autem praeses Neapolitanus similiter atque dux Italiae inferiori praepositus erat, cur Regium, Scylacium, Taurata, Bruttiorum (Brettaniae) oppida recepta sint, intellegitur. Venetiam castrumque Gradum librarii errore irrepsisse apparet.

Calabria et Sicilia interim praetermissis ad Annonariam venimus. Cuius quinta urbs *Πεκίνους* dicitur esse. Sunt ceteri eius rei testes adhibendi. In notitia dignitatum Italiae (Not. Dign. Oc. II, 14, 16) quarta et sexta provincia: Flaminia et Picenum an-

nonarium, Picenum suburbicarium habentur. Paul. Diac. II, 19: „Dehinc undecima provinciarum est Flamminia, quae inter Appenninas Alpes et mare est Hadriaticum posita. In qua nobilissima urbium Ravenna et quinque aliae civitates consistunt, quae Greco vocabulo Pentapolim appellantur ... Post Flamminiam duodecima Picenus occurrit, habens ab austro Appenninos montes, ex altera vero parte Hadriaticum mare. Haec usque ad fluvium Piscariam pertendit. In qua sunt civitates Firmus, Asculus et Pinnis et iam vetustate consumpta Hadria."

Anonym. Ravenn. IV, 29 p. 247 Parthey: „ad mare magnum Adriaticum est provincia Flaminia Ravennatis: item Annonaria Pentapolensis est super ipsam Pentapolim, id est provincia castellorum, quae ab antiquis ita vocabatur."

Guido 66 p. 501 Parthey: „Quarta ad sinum maris Adriatici est provincia Flaminia .... in hac circa potentissima et authentica urbium sita consistit Ravenna, in qua requiescens praesul et martyr Apollinaris. Quinta provinciarum Italiae Annonica Pentapolensis est, super quam regio est quae castellanorum appellata est ab antiquis. Sexta a maris sinu Adriatici iuxta praedictam Pentapolim provincia Picinum Spoletii Sauciensis est."

Consentiunt Paulus et qui notitiam scripsit; etenim duas uterque provincias habet, et Paulus quoque prioris provinciae partes, Flaminiam scilicet et Picenum annonarium (quas ille Flaminiae nomine comprehendit), bifariam in Ravennam et Pentapolim distribuit. Cosmographo Ravennate auctore provinciae

eiusdem partes, i. e. Flaminia Ravennatis et Annonaria Pentapolensis, ipsae sui iuris provinciae esse existimantur. Quae quidem in cosmographi libro exstant et vitiis et lacuna affecta sunt, quas turbas iam Guido invenerat suoque more studuerat ad integrum revocare. Cui ex parte assensus sic fere legendum esse censeam: „item Annonaria Pentapolensis super quam id est super ipsam Pentapolim est provincia castellorum, quae ab antiquis .... vocabatur.“ In lacuna libri ms. vocem „ita“ posuerunt, quae quin pro nomine omisso inserta sit vix dubium est; quae enim provincia castellorum illa aetate vulgo nominari solebat, eiusdem sollemne vetustumque nomen in libro adhibitum erat. Alii aliter locum restituerunt. Beretti (Muratori X p. CCLIX) id quod ne rectum non sit vereor, Picenum intellegi vult; Mommsenus (Berichte der Kgl. Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften: histor. philol. Classe 1851 p. 105) Umbriam, Fabre (Mélanges de l'école de Rome 1884 p. 401) Annonariam Pentapolensem esse Pauli Apenninas Alpes earumque quinque oppida perperam coniecit, quam provinciam in aethere positam esse Mommsenus (Neues Archiv V p. 87) iudicat. Neque rectius Annonariam Pentapolensem Diehl corruptis cosmographi verbis usus provinciam Castellorum esse censet. Sed Francorum Pentapolis maritima est, cuius urbes Ariminum, Pisaurum, Fanum, Senegallia, Ancona. Rectius igitur haud dubie Diehl alteram Pentapolim Castellorum provinciam intellegendam esse existimat, ex Urbino, Foro Sempronii, Aesio, Calle, Eugubio compositam. Ceterum Pentapoles duas ante Carolingorum tempora fuisse probari

non potest.[1]) Urbes illas maritimas iam sexti concilii aetate provinciae Pentapolitanae fuisse episcoporum subscriptionibus evincitur. Incognitum tamen id Georgio qui duas exhibet provincias: Annonariam, cuius Ravenna, Pisaurum, Fanum, Cesena urbes sunt, Picenus cuius Ὀλκοῦσα (i. e. Asculum). Illa igitur ea est, quae Flaminia et Picenum annonarium in notitia dignitatum vocatur, haec quae Picenum suburbicarium in notitia, Picenus a Paulo. Quod post Annonariam Pentapolensem Guido Picenum Spoleti Sauciensis appellat, ego Picenum coniecturae illius deberi non puto, sed ad id temporis illa verba spectant, cum illius provinciae maxima pars Graecis a ducibus Spoletanis erepta et ducatui addicta erat. Sola enim Piceni urbs Auximum ad Gregorii II et Liutprandi tempora sub Graecorum imperio mansit.[2]) Rectissime igitur Gregorii II biographus Piceno suburbicario a Langobardis occupato Emiliae castra, Pentapolim, Auximanam civitatem deinceps enumerat (Duchesne L. P. p. 405).

In Annonariam Pola, Tergeste, Augustopolis (?) Istriae urbes delapsae sunt.

In provinciis Italiae praefecto subiectis Sicilia numeratur; sed Siciliae praetorem, a Iustiniano imperatore ipsi subditum, etiam post exarchatum institutum ab exarcho immunem fuisse et ex solius impe-

1) Utrarumque Pentapolim. Duchesne, liber pontif. Zacharias XII p. 429. Civitates utrarumque Pentapoleos. Codex Carolinus ep. 51 p. 188 Jaffé.

2) Ancona saec. VIII cum Pentapolensis provincia constituebatur, Annonariae videtur adiuncta esse. Diehl l. c. p. 61 n. 5.

ratoris potestate pependisse Diehl (l. c. p. 169 sq.) probare studuit[1]); qua vero tamquam argumento usus est epistula (Jaffé 1465), ex ea ipsa potius Siciliae praefectum Ravennati paruisse cognoscitur. Commendat enim exarcho Gregorius, superiori videlicet magistratui, Libertinum. Quomodo vero quae Constantinus Porphyrogennetus de duobus patriciis Romanis hariolatur (*καὶ ὁ μὲν εἷς πατρίκιος ἐκράτει τὴν Σικελίαν καὶ τὴν Καλαβρίαν καὶ τὴν Νεάπολιν καὶ Ἀμάλφην, ὁ δὲ ἕτερος πατρίκιος ἐκαθέζετο εἰς Βενεβενδὸν καὶ ἐκράτει τὴν Παπίαν καὶ τὴν Καπύαν καὶ τὰ λοιπὰ πάντα*) pro certo rerum documento serio adhiberi possint, vix intellegitur. Ut eiusdem Siciliam et Italiam ordinis provincias esse demonstraret: „À la vérité," inquit, „entre les deux provinces byzantines, si voisines l'une de l'autre, les rapports étaient étroits; les deux gouvernements se prêtaient mutuellement appui pour les opérations militaires importantes: l'exarque allait parfois dans l'île faire la guerre aux Sarrazins, et le patrice de Sicile venait réprimer les révoltes de Ravenne." Sed exempla quae affert, nihil argumenti habent. Olympius enim qui summum Italiae imperium habebat, in Siciliam profectus est propterea quod praetor, qui ibi erat, magistratus civilis, Sarracenorum impetui par esse haudquaquam videbatur, et amissa Aegypto, Africa vexata summa erat de Sicilia sollicitudo. Atque imperator ipse etiam interdum Syracusis domicilium constituit. Ut autem Theo-

1) Perverse etiam Hartmann: Untersuch. z. Gesch. d. byzant. Verwaltung p. 36 dicit: „Wenn also Sicilien auch aufserhalb des Sprengels des italienischen Präfecten lag."

dorus patricius Ravennae seditionem exstingueret, vacante exarchi loco factum est. (Hartmann, Unters. z. Gesch. der byzant. Verwaltg. p. 21) „Patricius et stratigus insule Siciliae“ ante saec. VIII non commemoratur (710 Theodorus; ?—718 Sergius; 718 Paulus; 732 Sergius). Siciliam exarchatus vel praefecturae Italiae partem fuisse ex ipsa Gregorii descriptione intellegitur. Deinde cum Arabum incursiones magis magisque imminerent, Constantino Pogonato imperatore, proprium Siciliae magisterium militiae constitutum esse videtur, atque ab illo tempore thema Siciliae eiusque *πατρίκιος καὶ στρατηγός* potuerunt commemorari. Qui in vita S. Gregorii Agrigentini (Migne CXVI p. 189 sq.) „*ἔξαρχος*“ nominatur, idem magistratus esse videtur. Qui episcopo reo facto ipse Agrigentum proficiscitur, ibique, Romam illo transportato, remanet. Quid, exarchus Ravennas remanet in Sicilia? Immo praetor (*στρατηγός*) vulgari dicendi modo *ἔξαρχος* appellari videtur; nam si saec. VII tertius exarchatus Siciliensis fuisset, liber pontificalis praefecto Siciliensi qua eiusmodi rerum fide est, exarchi titulum tribuisset. Exiguo exarchus poenae iure usus est. cf. p. 243 c. XLIII: *ἐπεὶ μηδὲν εἶχεν ὁ ἔξαρχος παρ' ἑαυτοῦ ἀποφήνασθαι.* Res ad papam synodumque Romanam defertur simillime atque Gregorii Antiochensis res a Ioanne ieiunatore et Constantinopolitana synodo diiudicata est. Nihilominus exarchus episcopatum abrogatum et quis ei successurus sit Gregorio indicat. Posterioris igitur temporis, quam quo haec descriptio confecta est, insignis illa praesidis Siciliensis potestas est.

Ἐπαρχία Καλαβρία, quam cum agro Bruttiano antiquo congruere ex oppidis appellatis cognoscimus, plane omittenda est. Nam quo tempore Georgius scripsit, antiquum nomen etiam sollemne fuisse ea docent, quae Italiae inferioris in Campaniae tabula servata sunt. Calabriae nomen ante VII saec. in usu esse non coepit, praevalet concilii VI. aetate, antiqua significatione nequaquam extincta. Accedit huc, quod frequentiores in hac ipsa parte genetivi ecclesiastici sunt, ut *Σκυλακίας*, *Κοτρώνων*, *Τροπαίων*, *Βιβώνων*. Quae cum ita sint, Calabrensem provinciam additam postea esse ab eo censeo, qui, cum sua aetate Italiae inferioris imperium totum Byzantini obtinerent, plenius illam partem atque uberius describi voluit. Idem librum quem pro ecclesiastico habuit ex ecclesiastica notitia supplevit. Nullae igitur urbes enumerantur nisi quas episcopales eis temporibus fuisse et nomina conciliorum actis subscripta et notitiae ceterae velut *διατύπωσις Λέοντος* genuina vel N. X, 562 sq. Parth. docent; desunt castra, quibus aliae provinciae abundant.

En tabulam provinciarum quas cosmographus Ravennas Guidoque exhibent, nominaque Georgii adscripta, quae dignosci potuerunt:

Anonymus Ravennas	**Guido**	**Georgius**	**Provinciae**
Liguria	Liguria	—	Langobardica
prov. Venetiarum	Histria cum Neustria quae Venetiarum antiqua dignoscitur	*Βενετία*	Langobardo-Romana
Istria		appellantur, *Τεργέστη*, *Πόλους*	Romana

Anonymus Ravennas	Guido	Georgius	Provinciae
Emilia	Emilia	Αἰμι⟨λί⟩α	Romana
Flaminia Ravennatis	Flaminia		
Annonaria Pentapolensis provincia castellorum	AnnonicaPentapolensis regio castellorum	Ἀννωναρία	Romana
—	Picinum	Πεκίνους	Romana
Spolitium Saucensis	Spoletii Sauciensis	—	Langobardica
Denersis	Dardensis	—	Langobardica
Apulia	Apulia	Ἀπουλλία	Romana
CalabriaBrindicensis	—	Καλαβρία	Romana
Pritas Rigiensis	Calabria quae ab antiquis Britania dicta est	Βρεττανία	Romana
Lucania	Lucania	—	Langobardica
Campania quae nunc Beneventanorum dicitur patria	Samnium	—	Langobardica
Campania Taracinensis	Campania[1])	Καμπανία	Romana
Romae Tuscia	Numantia in qua caput totius mundi praeminet urbs Roma	Οὐρβικαρία	Romana
Tuscia	Tuscia	—	Langobardica
maritima Italorum quae dicitur Lunensis et Vigintimilii et ceterarum civitatum.	Vintimilia Ripariolum Linensis quae et maritima	appellantur: Βιντιμιλίω, Γενούης, Λούνης, κάστρον Ἴλβας	Romana

1) Cui provinciae quod Guido Capuam subiungit, studium antiquitatis redolet; diu enim Langobardorum erat. Idem praeter Tusciam et Spoletum Etruriam „quae et Tirsinida" (= *Τυρσηνίδα*) et Umbriam quasi provincias proprias nominat.

Apparet provinciam aliunde cognitam Romanorum nullam a Georgio neglectam esse.

Venimus iam ad praefecturae Africae descriptionem paulo meliorem, quamvis non integram. Enumerantur autem *ὑπὸ τὸν ἐνδοξάτατον ἔπαρχον Ἀφρικῆς*:

1) *ἐπαρχία Βυζακίας*
2) *ἐπαρχία Νουμιδίας*
3) *ἐπαρχία Μαυριτανίας* $\bar{\alpha}$
4) *ἐπαρχία Μαυριτανίας* $\bar{\beta}$
5) *νῆσος Σάρδων.*

Conferenda sunt quae alibi de Africa dioecesi traduntur, imprimis Iustiniani ad Archelaum praefectum praetorio Africae missa constitutio, qua Africa, ut Oriens et Illyricum, praefectura propria constituitur, ab Italia — nondum expugnata — plane separata. Praefecto Carthago sedes assignatur, Codex I, 27, 1, 10: „per hanc divinam legem sancimus, ut omnis Africa . . . optimum suscipiat ordinem et propriam habeat praefecturam, ut sicut Oriens atque Illyricum, ita et Africa praetoria maxima potestate specialiter a nostra clementia decoretur. Cuius sedem iubemus esse Carthaginem." Praefecto parent septem provinciae, a consularibus et praesidibus administratae l. c. 1, 12: „Et ab ea auxiliante deo septem provinciae cum suis iudicibus disponantur, quarum Zeugi, quae proconsularis antea vocabatur, Carthago et Byzacium ac Tripolis rectores habeant consulares: reliquae vero, id est Numidia et Mauritaniae[1]) et Sardinia a

1) Sic. cod. Casinas; idem „Numidiae", ceteri „Mauritania".

praesidibus cum dei auxilio gubernentur." Et afferuntur septem provinciae verbis eis quae nunc Krüger in contextum recepit. Quod in maiore editione „Tingi" pro „zeigi" vel „zegy" vel „tegi" manuscriptorum librorum scripserat, a Partschio (Corippi prooem. p. VII) Mommseno adsentiente (C. I. L. VIII p. XVII) suo iure reprobatum est, cum quod Septem oppidum occupatum Mauritaniam Tingitanam non restituit, tum quod haec provincia neque inter consulares neque ante Carthaginem poni potuit. Quod autem ut septem existerent provinciae, idem Proconsularem in duas, Zeugitanam et Carthaginiensem, Partschius dispertit, Mommsenus recte reprehendit. Isidori vero testimonium pro nihilo ducendum est, cum Orosium exscribat atque etiam in eis quae ex Orosio hausta non sunt, ex antiquioribus fontibus sua petat, velut Tingitana ex ordine Diocletianeo Hispaniae provinciis annectitur; sed Procopius (de aedific. VI, 5) Proconsularem provinciam aperte Carthaginiensem significat. Mauritanias alteram Caesariensem, alteram Sitifensem esse censet idem vir doctus, atque haec coniectura vera esse videtur. Ac ne quis Sitifensem anno 540 demum expugnatam esse opponat, Igilgili et Saldas, oppida maritima, simul cum Caesarea capta, in Romanorum potestatem redacta esse et „omnino Iustinianum recte provincias statim ita ordinare potuisse" iudicat, „ut Sitifensis quoque tamquam pars imperii haberetur". Recte id quidem. Constitutionem enim scripserunt qui notitiam provinciarum et expugnatarum et expugnandarum ex actis veteribus petierant. Neque magis obest quod aliter postea provincia bipertita est; eiusdem enim

Iustiniani ordinem ne Tripolitana quidem provincia diu servavit. Iam Iustinianeam constitutionem cum Georgii libro comparemus. Titulum generalem: *ὑπὸ τὸν ἐνδοξότατον ἔπαρχον Ἀφρικῆς* subsequitur *ἐπαρχία Βυζακίας* eiusque quasi urbs prima *Καρθαγέννα Προκουνσουλαρέα.* Quae verba hoc modo corrupta esse videntur. Prima provincia, quae, ut mittam Zeugi illud obsoletum eodem nomine duplici appellatur, praeterita librarius in alteram Byzacenae columnam aberravit. Alius magnum Carthaginiense nomen ne desideraretur, in margine addidit idque, indice urbium proconsularis amisso, in Byzacenam postea irrepsit. Itaque integra verba haec fuerunt:

Ὑπὸ τὸν ἐνδοξότατον ἔπαρχον Ἀφρικῆς.

Α̅. *ἐπαρχία Καρθαγέννης προκουνσουλαρέας.*
Καρθαγέννα
⋮

Β̅. *ἐπαρχία Βυζακίας*
Σούβιβα
Καμψία κτλ.

Et Byzacena provincia et Numidia, gravioribus erroribus carent, nisi quod huic Sitifis subiuncta et duo huius oppida in illam delata sunt. Plus habet difficultatis provincia Mauritania. Cuius pars occidentalis iam Vandalorum regibus ultimis in libertatem se vindicaverat. Septem, munitissima urbs, plane neglecta erat (Procop. de aedif. VI, 7). Isidoro auctore, priusquam a Romanis occuparetur, in Gotorum potestate fuit (hist. Got. Aera 569: milites qui Septem oppidum, pulsis Gothis, invaserant). Pertinere autem

liberam Mauritaniam μέχρι τῶν Καισαρείας ὁρίων Procopius dicit (de bello Vandal. II, 20). Et quamquam idem inter Μαυριτανίαν τὴν πρώτην, μητρόπολιν Σίτιφιν ἔχουσαν et Μαυριτανίαν τὴν ἑτέραν, ἧς πρώτη Καισάρεια τυγχάνει οὖσα, discernit, num ad publicum provinciarum ordinem qui tum erat spectaverit, in dubio relinquitur, quod eruditi qui Procopii scripta legebant, prioris aetatis ordinem haud ignorabant. Romanorum etiam post maximas Solomonis patricii victorias nihil nisi Sitifensem fuisse Procopio teste constat; provincia Caesariensis praeter urbem paucaque fortasse orae oppida in partibus erat. Propagati fines post Iustinianum videntur esse, quod temporum describendorum ex provinciali aera ratio hac ipsa Byzantinorum aetate in oppido, quod nunc Tlemsen vocatur, increbuit (C. I. L. 9931; 9953; 9934; 9949; 9920; 9935). Neque unquam tamen universa Mauritania capta est, cum qui Solomoni successerunt quibusque velut Theoctisto et Amabili minus prospere res cesserunt in provinciis Proconsulari, Byzacena, Numidica a Mauris defendendis omnem operam consumerent. Atque ipsam Carthaginem hostes illos contremuisse Theophylactus aperte dicit (VII, 6, 6). Placavit tandem provinciam vexatam Gennadii, militiae magistri, illustris victoria. Nihil igitur miri quod Procopius libro VI de aedificiis Iustiniani aedificiorum multorum et Tripolitanae et Proconsularis et Byzacenae et Numidicae mentione facta brevissime Septem quasi perstringens ad Sardiniam transit. Quae omnia rebus Mauritaniae satis lucem afferunt.

Duplex igitur Mauritania a Georgio discernitur,

neque tamen ex ordine Diocletianeo. Quod Sitifis in Numidia posita est, id quidem ex imperatoris qui post Iustinianum regnavit edicto factum esse conieceris; sed qua est liber erroribus depravatus incerta auctoritate, affirmare hoc sine certis argumentis non audeo, nec scio an rectius *Σιτιφνὸν* et *ἐπαρχίαν Μαυριτανίας Ᾱ* alteram in alterius locum decessisse putes. Quod si ita se habeat, Mauritania I ex Sitifensi et Caesariensis ea parte quae Romanorum fuit composita sit. Unum Mauritaniae I Georgius Rhinocorurae nomen habet, ex epimerismis quibus Gades et Rhinocarura una legi solent intempestive repetitum. Et num

ΡΙΝΟΚΟΥΡΟΥΡΩΝ

scriptura ex ΡΟΥϹΟΚΚΟΥΡΩΝ depravata sit, dubito, cf. de Rusuccuru C. I. L. VIII p. 766 sq. Caesarea ipsa, a Procopio certis verbis Romana appellata, a Iustiniano Mauritaniae duci sedes data, quod non legitur apud Georgium licet mirari. Et nisi librarius errorem commiserit, urbem illam bellis post Iustiniani aetatem cum Mauris saepe infeliciter gestis amissam et Rusuccuru ducis sedem translatam esse, facile conicias. De Mauritania II quae dicuntur, sic restituenda sunt:

Επαρχία Μαυριτανίας Β̄
Σέπτον
Μεσοποταμηνοί
εἰς τὸ μέρος Σπανίας
Μαϊούρικα νῆσος
Μηνύ⟨ρι⟩κα νῆσος.

Haec igitur provincia ex eis partibus composita fuit, quas paucas ex Tingitana Byzantini retinuerant. Septem

oppidum, Gotis ereptum, quid valeret Iustinianus perspexerat. Qui et Deiparae templo oppidum ornavit et firmissimum imperii propugnaculum reddidit, ex quo Gotos Francosque et ipse et qui ei successerunt, exemplum eius secuti, observaverunt et coërcuerunt. Ex eodem Septem et Baleares insulae et ea quae in Hispania Byzantini obtinuerunt administrata sunt. De quibus paucissima memoriae prodita sunt et ita plerumque, ut non antea quam amittantur, Romana fuisse comperiamus. Nam de occupatione illa Romanorum Agila et Athanagildo inter se de regno certantibus facta, et Isidorus (Aera DXCII) et Gregorius Turonensis (IV, 8) nisi generatim non loquuntur neque qua in parte Hispaniae Graeci consederint definiunt. Sed possessiones illorum admodum imminutae sunt bellis cum Leuvigildo haud prospere gestis, velut Ioannes Biclariensis ad alterum Leuvigildi annum (570) adnotat haec: „Leovegildus rex loca Bastaniae et Malacitanae urbis, repulsis militibus, vastat.“[1]) ad tertium annum (571): „Leovegildus rex Asinodam (l. Asidonam) fortissimam civitatem proditione cuiusdam Framidanei nocte occupat et militibus interfectis memoratam urbem ad Gothorum revocat iura.“ ad IV annum (572): Leovegildus rex Cordubam civitatem diu Gothis rebellem“ (quae iam contra Agilam inimicissime se gesserat) „nocte occupat et caesis hostibus propriam facit, multasque urbes et castella, interfecta

1) Mariana (V, 11) quem recentiores sequuntur, ut B. Lemke, expulsos esse Graecos ex urbium illarum finibus narrat; Ioannes non item; sed rex cum acie vicisset, urbium munimentis impeditus videtur esse.

rusticorum multitudine, in Gothorum dominium revocat."[1]) Contra in occidentali Hispania rem prospere Graecis cessisse idem ad VIII Leuvigildi annum (576) adnotat: „Romanus filius Anagasti patricii magister militiae gentis Suevorum regem vivum cepit, quem cum suo thesauro uxore et filiis Constantinopolim adducit et provinciam eius in Romanorum dominium redigit." De Suevorum Hispaniensium rebus gestis non satis instructi sumus. Rex erat illo tempore Miro, ad quem haec verba non pertinent. De altero Suevorum regno alibi mentio non fit.

Carthaginem Spartariam Leuvigildus numquam possedit. Quare quod Licinianum, qui episcopus ibi erat, ab illo in exilium pulsum Lembke dixit, vana est opinio neque ullius fontis testimonio probatur. Reccaredo, illius filio, regnante 589/90 urbem illam Romanorum fuisse constat diuque Romana videtur

1) Isidorus (historia de regibus Gothorum; Florez, España sagrada VI p. 498) de Leuvigildi imperio generatim haec: „Fudit quoque diverso praelio Iustini milites quos Athanagildus evocaverat et quaedam castra ab eis occupata dimicando recepit." Ceterum ut Syri (velut Iosua stylites) „Rômâjê" voce pro „στρατιῶται" uti solent, sic in occidente „milites" iidem sunt ac Romani, cfr. Paul. Diac. III, 18; IV, 23; 28; 40. Ioann. Biclar. ad a. IV et V Iustini Imp.; Isidor. histor. p. 496, 498 (bis) Florez; carmen Sisebuti v. 5; plenius: „milites Romani". Ioann. Biclar. ad a. V Tiberii, IV Mauricii Imp. Isidor. hist. p. 497 (v. l. milites), 501 (bis) Romanus miles. Isidor. chronicon p. 457 Roncalli. Romana manus. Isidor. hist. p. 503. manus publica (= imperium Romanum) Fredegar IV, 33, 69. de Athanagildo Isidorus in historia (p. 497 Florez): dum exercitum eius (Agilae) contra se Hispalim missum virtute militari (= auxilio Romanorum) prostrasset.

mansisse. Nam quod Gundemari regis decreto[1]) anni 610 (Mansi X, 510) provinciae Carthaginiensis potestas metropolitana universa Toletum transfertur, id viri docti recte ita interpretantur, ut pristinam metropolim in aliena manu fuisse existiment. Graecorum res denuo creverunt Hermenigildis seditione, qui consilia cum eis communicavit (Gregor. Turon. V, 38; VI, 18; VI, 43), ita ut Corduba et Hispalis, unde orta est seditio, a Leuvigildo recuperandae essent.[2]) De Reccaredo (586—601) nihil Isidorus (p. 500) nisi haec: „saepe etiam et lacertos contra Romanorum insolentias . . movit." Urbium quae Graecorum aut fuerant aut fuisse dicebantur episcopi anno 589 Toletum ad concilium convenerunt: Petrus Ossonobensis[3]), Agapius Cordubensis, Theodorus Bastitanae ecclesiae episcopus. Sequitur Bastos perpetuam in Gotorum potestatem cessisse. Desunt Carthago, Malaca, Assidona. Quarum primam hoc tempore Romanorum fuisse certis testimoniis constat, alteramque Gregorii I epistulis (Jaffé 1912, 1913). Nam Ioannes defensor a papa Malacam missus qui Ianuarium episcopum depositum restitueret, monasterium Capranicae insulae „iuxta Maioricam insulam" visitare, i. e. intra fines Romanos munere ecclesiastico fungi iussus est. Unus ex iis qui Ianuarii episcopi quem restituturus Gregorius erat, deponendi

1) Quod adulterinum esse censet F. Dahn, Die Könige der Germanen VI p. 440, 441.

2) Eo spectant quae in nummis inscripta leguntur haec: „Cordoba bis optinuit."

3) Cur Menke-Spruner, Dahn, Droysen, alii Ossonobam Graecis addicant, ego nescio.

principes fuerant, „gloriosus Comitiolus“ appellatur. Appellantur autem in Gregorii epistolis (Jaffé 1117, 1187, 1188, 1297) „gloriosi“ vel „gloria vestra“ et militum magistri et duces. Quare Comitiolum esse ducem, imperio Malacitano praeditum, apparet. „In nomine domini imperatore illo“ etc. formula sententiae incipit. Presbyterum a papa missum Malacam appulsum esse Reccaredus quoque rex epistula ad Gregorium data (Mansi X, 199; Florez VI, 359) nuntiat, unde Malaca Graecis qui in Italia et Hispania erant, commercii sedes opportuna fuisse cognoscitur. Eadem concilii Hispalensis II (619) actis edocemur: „Prima actione Theodulfi Malacitanae antistitis ecclesiae ad nos oblata precatio est, asserentis antiquam eiusdem urbis parochiam militaris (= Romanae) quondam hostilitatis discrimine fuisse decisam, et ex parte aliqua ab ecclesiis Astigitanae, Eliberitanae atque Agabensis urbium esse retentas. Pro qua re placuit, ut omnis parochia, quae ab antiqua dicione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiam suam comprobaret, eius privilegio restitueretur.“ Apparet, civitatem Malacitanam, cum a Graecis occuparetur, finibus non iisdem ac dioecesim circumscriptam fuisse. Sed dioeceseos partes, quae Gotorum imperio subditae erant, separatae ab ecclesia matre et Gotorum episcopis vicinis addictae erant. Vetus Romanis devictis et eiectis ecclesiae ordo revocatur. Ex quibus rebus Gotorum reges id acriter secutos esse videmus, ut regni sui fines cum ecclesiae congruerent. Propterea Malaca Reccaredi aetate neque anno 589 in concilio Toletano generali neque in Hispalensi provinciali, quod

Leander convocavit, subscripto nomine commemoratur (Mansi X, 451). Atque Assidonam, quam expugnatam esse Ioannes Biclariensis disertis verbis affirmat, quod iisdem locis desideratur, bello cum Hermenigildi turbulenter gesto recuperatam esse a Romanis existimandum est. Reccaredus, rex pacis amans, id egit, ut pacta quae Gotorum reges cum Iustiniano fecissent in chartophylacio Constantinopolitano requirerentur, ut ex his colligeret, quid a Gotis servari deberet. Sed episcopus Romanus, a quo ut imperatori de hac re scriberet petiit, se interposuit primum „quia chartophylacium praedicti piae memoriae Iustiniani principis tempore ita surripiente subito flamma incensum est, ut omnino ex eius temporibus paene nulla charta remaneret,“ dein — id quod papae amorem erga Romanam patriam miro modo illustrat — „quia, quod nulli dicendum est, ea quae contra te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, atque haec pro me in medium proferre“ (Jaffé 1757).

De Witterícho (603—610) Isidorus (p. 501) haec: „adversus militem Romanum praelium saepe molitus, nihil satis gloriose gessit praeter quod milites quosdam Sagontiae per duces obtinuit.“ Quo nomine oppidum Gisgonza ad fretum Gaditanum situm Ferreras recte intellexisse videtur. Similiter idem Isidorus de Gundomaro refert (610—612): „Hic Vascones una expeditione vastavit, alia militem Romanum obsedit.“

Sisebutus (612—621) rex, cum Heraclius a Chosroë II et ab Avaris in summas angustias adductus esset, tantam rerum conversionem effecit, ut Graecorum im-

perium Hispaniense paene deleret. De qua re conferas imprimis Isidori chronicon (p. 460 Roncalli) ad annum 616: „Sisebutus Gothorum gloriosissimus princeps in Hispania plurimas Romanae militiae urbes sibi bellando subiecit“ (ita mss. Caesenas et Urbinas). historiam de regibus Gothorum (p. 502 Florez): „Sisebutus de Romanis quoque praesens bis feliciter triumphavit, et quasdam eorum urbes expugnando sibi subiecit, residuas inter fretum omnes exinanivit, quas gens Gothorum post in dicionem suam facile redegit.“ recapitulationem in Gothorum laudem (Florez VI p. 506): „Sed postquam Sisebutus princeps caelesti gratia regni sumpsit sceptra, eius studiis ad tantam felicitatis virtutem profecti sunt, ut non solum terras, sed et ipsa maria armis adeant[1]), subactusque

1) Quam expeditionem maritimam, si Sisebuti regis carminis versus 5—8 (cfr. G. Goetz, Ind. lect. Ienens. 1887/8 p. V sq.) respexeris, contra Graecos directam fuisse non iudicabis. Dicit enim rex:

Ferrataeque premunt milleno milite curae:
Legicrepae tundunt, latrant fora, classica turbant;
Et trans Oceanum ferimur porro, usque nivosus
Cum teneat Vasco nec parcat Cantaber horrens.

Et rectissime Burmannus (Anthol. Burmann. II p. 323) amicum felicem iudicat qui tranquillo Musarum otio beatus viveret, dum ipse rerum turbidarum curis per legicrepos fora et classica premeretur et trans Oceanum cum Vasconibus et Cantabris conflictaretur. Perperam Meermann (l. c. p. 325) expeditionem illam contra „Maurorum invasionem“ conversam fuisse putat et Rodericum Toletanum, testem sane luculentum, affert qui (hist. Hisp. II, 24) haec habet: „Hic Sissebutus in propria persona bis contra Romanos triumphavit et aliquas eorum urbes expugnavit: deinde in Africa trans fretum navigans plurimas

serviat illis Romanus miles, quibus servire tot gentes et ipsam Hispaniam (v. l. ipsa Hispania) vidit (v. l. videt). Fredegarium IV, 33: Eo anno, mortuo Betterico, Sisebodus Spaniae successit in regno, vir sapiens et in totam Spaniam laudabelis valde, pietate plenissemus. Nam et adversus manum publecam fortiter demicavit ..... et plures civitates ab imperio Romano Sisebodus litore maris abstulit et usque fundamentum destruxit. Cumque Romani ab exercito Sisebodi trucidarentur, Sisebotus dicebat pietate plenus: 'Eu me misero, cuius tempore tante sanguis humanae effusio fietur!' Cuiuscumque potebat occurrere, de morte liberabat. Confirmatum est regnum Gothorum in Spaniam per mare litora usque Paereneos montes."

Quae Ligures Rotharis expeditione, eadem hoc bello Romani in Hispania perpessi sunt. Id enim consilii ut

gentes sibi et domino Gothorum subiecit." Quem Mariana secutus classem illam in Africam missam esse tantummodo suspicatur. Neque habet offensionem, si classis Gotorum in Cantabrorum mari vela pandisse cogitatur. Quid enim? Francorum regis Guntchramni classem a Gotis deletam esse Gregorius Turonensis narrat VIII, 35: „navis quae de Galleis in Galliciam abierant, ex iusso Leuvieldi regis vastatae sunt, res ablatae, hominis caesi atque interfecti, nonnulli captivi abducti sunt. Ex quibus pauci quodadmodo scafis erepti patriae quae acta fuerant, nonciaverunt." Discernit etiam Sisebutus rex bellum cum milleno milite (= Romanis) gestum et expeditionem illam maritimam. De milleno cfr. Isidori orig. IX, 3 „miles dictus quia mille erant ante in numero uno." Etymologiarum autem libri etsi multo post Sisebutum regem defunctum editi sunt, ea tamen inter regem et archiepiscopum familiaritas intercesserat, ut Isidoro iuvante facillime ille doctrinam suam ampliare potuerit.

Langobardorum ita Gotorum reges sequebantur, ut urbium munimenta solo aequarent; vici moenibus non muniti defendere se non poterant. Ex Caesarii patricii epistulis rerum inanibus miseria Romanorum quanta fuerit cognoscitur; quos unice pacem amplexuros fuisse certum est. Quae supererant de Graecorum imperio Hispaniensi, Suinthila (621—631) abstulit, cf. Isidori hist. (p. 503 Florez): „Postquam vero apicem fastigii regalis conscendit, urbes residuas quas in Hispania Romana manus agebat, praelio conserto obtinuit, auctamque triumphi gloriam prae ceteris regibus felicitate mirabili reportavit. Totius Hispaniae infra Oceani fretum monarchia regni primus idem potitus, quod nulli retro principum est collatum. Auxit eo praelio virtutis eius titulum duorum patriciorum (v. l. praefectorum) obtentus quorum alterum prudentia suum fecit, alterum virtute praelii sibi subiecit.“ Et addit Caesenas liber ad Isidori Chron. (p. 460 Roncalli post verba: „ad fidem Christi convertit“): „Post quem religiosissimus Suinthilanus princeps bellum cum aliquibus Romanis urbibus iniit, celereque victoria totius Hispaniae monarchiam regni primus obtinuit.“[1])

Ex quo tempore episcopi ex oppidis, quae Graecorum fuerant, ad concilia Gotorum convenire solent, velut ad IV (a 633) Bastensis et Assidonensis, ad V Bastensis, ad VI (a. 638) Malacitanus, ad VII (a. 646)

1) Verba ex parte consentiunt cum Isid. Pacens. p. 286 (Florez): „Suinthila in Aera DCLIX . . . . in regno Gothorum suscepit sceptra, decem annis regnans. Hic coeptum bellum cum Romanis peregit, celerique victoria totius Hispaniae monarchiam obtinuit.“

idem, ad VIII (a. 653) Malacitanus, Bastensis etc. Quanto id Heraclianae stirpi fuerit dolori, Iustinianus II ostendit, qui Egica (687—701) et Witiza (701—711) regibus Hispaniam classe in potestatem suam redigere frustra contendit. De qua re Isidorus Pacensis p. 301 Florez: „Sed etiam sub Egica et Witiza Gothorum regibus (Theudimer) in Graecos qui aequoreo navalique descenderant, sua in patria de palma victoriae triumphaverat.“[1])

Quod attinet ad civiles res Graecorum, Hispania propria provincia fuisse non videtur. Sed quae paucissima traduntur de magistratibus Byzantinis, res Hispaniae gerentibus, in eis nulla fere nisi militarium mentio fit, ducum, qui bellis contra Gotos gerendis praeerant, hominum ordinis amplissimi. Liberius patricius anno 557 Atanagildo seditione mota succurrere iussus est (cf. Iordan. Getica LVIII, 303), neque tamen illum eo pervenisse ex Iordanis verbis suspicio est (Mommseni praef. p. XV N. 31). Leuvigildo rege anno 576 Romanum Anagasti patricii filium militiae magistrum fuisse bellumque cum ignoto quodam Suevorum principe prospere gessisse Ioannes Biclariensis auctor est. Civili bello inter Leuvigildum et Hermenigildem

---

1) S. Gregorii Agrigentini temporibus i. e. Constantino Pogonato et Iustiniano eius filio regnantibus eos qui exilio multabantur, in Hispaniam esse deportatos, mirum est, cfr. vitam S. Gregorii Agrigentini. Migne CXVI c. LIV p. 261. *Σαβίνου δὲ καὶ Κρισκεντίνου ὑπερορίαν καταψηφίζονται, ὡς τὸν μὲν εἰς Θρᾴκην, τὸν δὲ εἰς Ἱσπανίαν παραπεμφθῆναι.* c. LVIII p. 265. *τοῦτον μὲν (Λεύκιον) εἰς Ἱσπανίαν φεύγειν κατεψηφίσαντο.* De Balearibus an cogitandum sit, dubito.

(582—584) orto, cum Graecorum res denuo crescerent, praefectus Romanus rebellantem adiuvit, teste Gregorio Turonensi V, 38: „Ille vero haec intellegens, ad partem se imperatoris iungit, legans cum praefectum eius amicicias, qui tunc Hispaniam impugnabat.“ Praefecti autem vocem non esse hoc loco dignitatis certae aut magistratus nomen vel ex eo loco intellegitur, qui verborum modo allatorum rationem habet, Greg. Tur. VI, 18: „Nam hic qualiter cum ducibus imperatoris Tiberii fuerit coniunctus, iam superius exposuimus.“ Nomina enim apud Gregorium plane desunt. Ceterum Hermenigildis ex Graecorum arbitrio minime pendens suo consilio bellum gessit, Leandrumque Hispalensem antistitem legatum Constantinopolim misit, uti S. Gregorius Magnus praefatione ad expositionem libri beati Iob aperte testatur: „Dudum te, frater beatissime, in Constantinopolitana urbe cognoscens, cum me illic sedis Apostolicae responsa constringerent, et te illuc iniuncta pro causis fidei Visigothorum legatio perduxisset, omne in tuis auribus quod mihi de me displicebat, exposui.“ Et versabatur ipso belli civilis Hispaniensis tempore a. 584 (Jaffé 1052) S. Gregorius Constantinopoli. Anno denique 589/90 Comenciolus, ille dux Mauritii imperatoris, magister militiae Hispaniensis fuisse, verbis tituli Carthaginiensis cognoscitur his (C. I. L. II, 3420): Comenciolus sic haec iussit patricius, missus a Mauricio Aug. contra hostes barbaros, magnus virtute magister mil. Spaniae.“

Prima Graecorum urbs et magistri militiae domicilium Corduba fuisse videtur, quae et Gotorum aetate, nummis et Isidoro Pacensi testibus, inclutum nomen

'Patricia' retinuit. Qua urbe a Leuvigildo iterum capta Carthago Spartaria imperii Romani caput factum est. Eo pertinent Comencioli opera et aedificia. Quare quod hostes illos barbaros viri docti Hispanienses Gotos interpretantur, recte fecisse videntur (cfr. Dahn, Die Könige der Germanen V p. 166 et N. 2). Subiecti erant „magistro militum Spaniae“ duces, qui oppidis maritimis praeerant. Dux Malacitanus 605 Comitiolus fuit (Jaffé 1912). De Severiani, Isidori patris ducatu Carthaginiensi, cuius rei neque filius notitiam habet, neque ego testem ante Rodericum Toletanum (II, 14) ullum reperio, ficta fabula ab eis est qui eundem a Theodorico rege ortum esse filiamque Theodoriam reginam genuisse commenti sunt. Caesarius patricius Heraclio imperatore in bello contra Sisebutum gesto, quo ad interitum Graecorum imperium Hispaniense magna caede redactum est, exercitui eorum praeerat; sed quo ordine aut dignitate fuerit, ex epistulis eius ad regem Visigotorum datis non apparet.

Duo denique patricii Romani a Suinthila rege qui totam Hispaniam sibi subiecit victi esse traduntur. Praefectos illos appellant libri deteriores. Neque habent patricii nihil offensionis. Caesarium illum quidem patricium fuisse epistulis eius et Sisebuti satis ostenditur. Sed magisterium illud militum Spaniae diuturnum fuisse noli putare. Quid? si Italiae exarchus saepissime patricius simpliciter vocatur, Caesarius nonne potuit esse Africae? Nec vero anno 621 et sq., cum Heraclius magnam illam contra Persas expeditionem faceret, magnum eodem tempore in Hispania exercitum pugnasse verisimile est. Quare duo illi,

quos „qui sua tanta pompa ostentare solent, Hispani" in patriciorum ordinem promoverunt, quin maritimarum arcium a Graecis ad extremum defensarum duces fuerint dubium non est. Quae paucae arces Hispanienses priusquam a Suinthila expugnarentur, ab exarcho Africae pendebant, Mauritaniae secundae, Georgio teste, addictae.

Atque urbes quae aliquamdiu intra septuaginta illos annos Romanorum imperio paruerunt („Romana castra" Isidor. hist. p. 503) diserte nullae fuisse traduntur, nisi hae:

1) Corduba, 2) Carthago Spartaria, 3) Basti, 4) Malaca, 5) Assidona, 6) Sigontia.

Urbs Septem vero usque ad Arabum invasionem semper dicionis Romanae fuit, numquam a Gotis capta est. Septensianae copiae praeter Asiae, Italiae, Sardiniae exercitus litteris Iustiniani ad Ioannem papam datis commemorantur (Mansi XI, 737): „insuper etiam quosdam de Christo dilectis exercitibus, tam ab a Deo conservando imperiali Obsequio, quamque ab Orientali, Thraciano, similiter et ab Armeniano, etiam ab exercitu Italiae, deinde ex Cabarisianis (l. Calarisianis) et Septensianis, seu de Sardinia atque de Africano exercitu." Nam Septem et Caralis, Carthagine ab Arabibus excisa, eius partis quae de exarchatu Africano restabat, capita erant. Et quod comes Iulianus Visigotorum praefectus Septensianus ab Arabibus et Hispanis aetatis inferioris traditur, quis vere ille fuerit, Dozy Isidoro Pacensi (p. 302 Florez) egregie emendato ostendit. Verba sunt haec: „consilio nobilissimi viri Urbani (l. Iuliani), Africanae regionis sub dogmate Catholicae fidei exorti (l. exarci) qui cum eo cunctas Hispaniae

adventaverat patrias.“ Sequebatur igitur comes Iulianus Musam per Hispaniae provincias iter facientem, cuius nomen in Isidori libro depravatum unum illius viri certum testimonium obscurabat. In „exorti“ voce significationem magistratus latere constat, et emendatio Dozyana manifesta est. Africa post Carthaginem expugnatam paene tota Arabum dicionis facta, exarchus in castrum Septem quasi in propugnaculum fidei Christianae ultimum se recepisse et quae de praefectura Africana restabant aliquamdiu videtur administrasse. Qua re factum est, ut impetui hostium expositus cum Visigotorum regibus christianis societatem inire studeret (Dozy: recherches sur l'histoire et la littérature de l'Espagne pendant le moyen âge I p. 70).

Sequitur Mauritaniam II in Georgii libro *νῆσος Σάρδων* quae item exarchatus Africani provincia fuit. Subdiderat eam Africae praefecto iam Iustinianus eidemque parebat S. Gregorii I aetate. Et praesidis Sardiniensis et ducis fit mentio (Jaffé 1802, 1116, 1117, 1595). De duce queruntur apud exarchum (Jaffé 1129), de magistratuum civilium vexationibus, de iudicibus Africanis apud praefectum, qui quasi summus magistratus insulae administrandae praeest. Corsica, cuius insulae dux eidem exarcho subditus erat, a Georgio silentio praeterita est.

Tripolitana provincia in Georgii libro post Libyam Pentapolim legitur: unde apparet eam post tempora Iustiniani ab Africa separatam et dioecesi Aegyptiacae adscriptam fuisse.

Brevius de Aegypti et Orientis dioecesibus dis-

serere opus est, ubi Georgium cum Hierocle paene consentire ex indice cognosces quem subscribam.

Hieroclis	Georgii
provinciae	
Dioeceseos Aegypti	
ἐπαρχία Αἰγυπτιακῆς	Αἰγύπτου $\bar{\alpha}$ (3)[1]
	Αἰγύπτου $\bar{\beta}$ (4)
„ Αὐγούστα $\bar{\alpha}$	Αὐγουσταμνικῆς $\bar{\alpha}$ (1)
„ Αὐγούστα $\bar{\beta}$	Αὐγουσταμνικῆς $\bar{\beta}$ (2)
„ Ἀρκαδίας	Ἀρκαδίας (5)
„ Θηβαΐδος ἔγγιστα	Θηβαΐδος (6)
„ Θηβαΐδος τῆς ἄνω	Θηβαΐδος ἄνω (7)
„ Λιβύης τῆς ἄνω	Λιβύης (8)
„ Λιβύης τῆς κάτω	Λιβύης Πεντάπολις (9)
	Τριπόλεως (10)
Dioeceseos Orientis	
ἐπαρχία Κιλικίας $\bar{\alpha}$	Κιλικίας (1)
„ Κιλικίας $\bar{\beta}$	Κιλικίας $\bar{\beta}$ (2)
„ Κύπρου	Κύπρου (17)
„ Ἰσαυρίας	Ἰσαυρίας (3)
„ Συρίας $\bar{\alpha}$	Συρίας $\bar{\alpha}$ (4)
„ Συρίας $\bar{\beta}$	Συρίας $\bar{\beta}$ (5)
„ Εὐφρατησίας	Εὐφρατησίας ἤτοι Ἁγιουπόλεως (6)
	Θεοδωριάδος (7)
„ Ὀσρωηνῆς	Ὀσροηνῆς (8)

1) Numeris ordo Georgianus significatur, ab Hierocle discrepans.

Hieroclis provinciae	Georgii provinciae
ἐπαρχία Μεσοποταμίας	*Μεσοποταμίας ἄνω ἤτοι δ̄ Ἀρμενίας* (9)
	δ̄ Ἀρμενίας ἄλλης (10)
„ *Φοινίκης*	*Φοινίκης Παραλίας* (11)
„ *Φοινίκης Λιβανησίας*	*Φοινίκης Λιβανησίας* (12)
„ *Παλαιστίνης*	*Παλαιστίνης ᾱ* (13)
„ *Παλαιστίνης β̄*	*Παλαιστίνης β̄* (14)
„ *Παλαιστίνης γ̄*	*Παλαιστίνης γ̄* (15)
„ *Ἀραβίας*	*Ἀραβίας* (16)

Aegyptum igitur Georgius in provincias duas a Iustiniano distributam novit (Novell. VIII notit. 35, 36). Quarum fines ex uno oppidorum indice Georgiano certo cognoscimus. De Tripolitana provincia iam dictum est. In Syria Theodorias accessit et Cyprus ex eius qui librum retractavit arbitrio in fine posita est; idem orbis descriptioni Georgianae adnotationes ad geographiam sacram spectantes de Armenia magna et Cypri immunitate addidit. Sed prorsus recedit ab Hierocle Georgii descriptio in tractandis Mesopotamia et Armenia IV provinciis. Mesopotamiae Hierocles unam Amidam metropolim affert, cuius descriptionem hiare fortasse recte coniecit Wesselingius. Georgius contra diligentissime et de Mesopotamia quam superiorem appellat et de Armenia IV provincia post Hieroclis aetatem constituta disputat.

Ante Iustinianum IV Armenia omnino non fuit; sed a Procopio appellatur: „*ἡ ἄλλη Ἀρμενία ἥπερ ἐντὸς Εὐφράτου ποταμοῦ οὖσα διήκει εἰς Ἄμιδαν*

πόλιν" (Procop. de aedif. III, 1). Quinque principes Armenii, a Romanis satrapae dicti, singulas provinciae regiones administrabant. Ex Iustiniani verbis efficimus quinque satrapias fuisse Tzophanenen (Tsophkh Mets), Anzitenen (Handzith), Tzophenen (Tsophkh Šahuni), Asthianenen (Haštiankh), Balabitenen (Baλahovitkh), cuius et Procopius l. c. meminit. Quoniam vero satrapae illi a parte Illi Leontiique steterant, Zeno imperator seditione sedata principum indigenarum ius hereditarium praeter Belabitenensis reguli sustulit magistratusque ex imperatoris arbitrio more Romano provinciae praefecit quibus tamen usque ad Iustiniani aetatem nomen satraparum fuit. A. 536 Iustinianus quartam Armeniam V satrapiis abrogatis novam provinciam constituit. Provinciae praesidem ordinarium praefecit; res militares duobus ducibus commisit quorum alter in castro Citharizon sedebat (Procop. de aedif. III, 1; 3). Verba Iustiniani haec sunt: Iustiniani novell. XXXI, 3. *Συνεστησάμεθα δὲ καὶ τετάρτην Ἀρμενίαν, ἣ πρότερον οὐκ εἰς ἐπαρχίας συνέκειτο σχῆμα, ἀλλὰ τῶν τε ἐθνῶν ἦν καὶ ἐκ διαφόρων συνείλεκτο βαρβαρικῶν ὀνομάτων, Τζοφανηνή*[1] *τε καὶ Ἀνζητηνὴ*[2] *ἢ Τζοφηνὴ*[3] *καὶ Ἀσθιανηνὴ*[4] *ἢ καὶ Βαλαβιτηνὴ*[5] *καλουμένη καὶ ὑπὸ σατράπαις οὖσα· ἀρχῆς δὲ τοῦτο ὄνομα ἦν οὐδὲ Ῥωμαϊκὸν οὐδὲ τῶν ἡμετέ-*

1) v. l. *τζοφανὴν ἦτε, τζοφάνην ἢ τὲ, τὸ φαινίνιν* Zopanene auth.

2) v. l. *Ἀνζητινή, ἀνζητίνιν,* Anzitene.

3) v. l. *τζοφανὴ, καὶ ὀφήνη, ζοφάνιν,* Zopene.

4) v. l. *Ἀσθειανίνη, ἀσθειανεῖνη, ἀσιανίνην,* Asathenia.

5) v. l. *βαλαβιτηνή, γαλβιτινή,* Balbitene.

ρων προγόνων, ἀλλ' ἐξ ἑτέρας πολιτείας εἰσενηνεγμένον· κἀκείνην τοίνυν ἀρχῆς πολιτικῆς ἐκοσμήσαμεν σχήματι, ἄρχοντά τε πολιτικὸν ἐγκαταστήσαντες καὶ πόλιν τε αὐτῇ τὴν τῶν Μαρτυροπολιτῶν καὶ τὸ Κιθαριζὸν δόντες φρούριον· καὶ αὐτὴ δὲ ἐν τῷ τῶν ὀρδιναρίων ἀρχῶν κατέστη σχήματι, κονσουλαρία παρ' ἡμῶν γενομένη. ὥστε τεσσάρων Ἀρμενιῶν οὐσῶν δύο μὲν εἶναι σπεκταβιλίας, τήν τε τοῦ ἀνθυπάτου, τήν τε τοῦ κόμητος, καὶ ἀνθύπατον μὲν εἶναι τὸν τῆς πρώτης ἡγούμενον Ἀρμενίας, κόμητα δὲ τὸν τῆς τρίτης, τὸν δὲ τῆς δευτέρας καὶ τετάρτης ὀρδιναρίους καθεστάναι. Unde sua sumpsit Eustathius ad Dionys. Perieg. 694 p. 234 Bernhardy. *κἀκεῖνο δὲ ἰστέον ὅτι τὴν Ἀρμενίαν χώραν εἰς τέσσαρα διελεῖν λέγεται Ἰουστῖνος* (l. *Ἰουστινιανὸς*) *ὁ βασιλεύς .... ἐπέστησε δὲ καὶ τετάρτην Ἀρμενίαν ὑπὸ σατράπαις οὖσαν, συγκειμένην ἐκ διαφόρων καὶ λεγομένην Τζοφανὴν καὶ Βαλβιτηνὴν καὶ τοιαῦτά τινα βάρβαρα ὀνόματα.*

Singulas Armeniae IV regiones enumerat geographia cuius auctor Moses Chorenensis fertur (Whiston p. 358 St. Martin, mémoires sur l' Armenie II p. 361): Armenia quarta (C̱orrord Haykh) Armeniae altae finitima est atque in ea sunt octo provinciae: Chorzianene (*X*ordzên), Asthianene (Haštiankh), Paline (Ba*λ*natun), Balabitene (Ba*λ*ahovitkh), Sophene (Tsopkh Šada*χ*), Anzitene (Handzith), Garine (Gorekh), Digisine (Dêgik). P. Arsenius Soukry in nova geographiae Mosaïcae editione (Venetiis 1882) contextum multo uberiorem praebet; complura addita sunt quibus teste ipso Patre Soukry (p. III praef.) intra annos 600 et 700 p. Chr. n. veterum librorum verba amplificata et corrupta sunt.

Verum cum haec seriorum hominum commenta ad illustrandam rem geographicam magni sint momenti, iam codicis Soukryani verba latina facta (p. 30 editionis = p. 40 versionis Francogallicae) hic apponam: „Provincia Armeniae quae Armenia IV (appellatur), est regio Tsophkh (quae porrigitur) secundum Armeniam altam cum urbe Melitine (Meltinê); ab occidente et ab austro Mesopotamiae finitima est, ab oriente Taronitidi (Tarônov); habet octo regiones: *X*ordzayn quae ad orientem et septemtriones (spectat), per quam defertur alter Gayl fluvius, circumfluens Ko*λ*oberd; Haštêankh, unde Tigridis amnis fontes profluunt. Ad occidentem (terrae) *X*ordzayn spectat regio Pa*λ*natun exadversum castrum cognomine; ad austrum Bala*χ*ovit regio; ad occidentem Tsophkh, et ad austrum Andzith regio, in qua (sunt) Tsovkh et Horêberd; iisdem ad occidentem est Dêgik regio, ubi castra Krni et Khruyk et Sok; exadversum ad austrum regio Gavrêk (est), quam mediam interfluit Arsanias fluvius (Aradzani) qui in Euphraten ad urbem Lusatharic effunditur; ad occidentem se vertens (sc. fluvius) Parvae Armeniae fines in parte orientali urbis Melitinae (Meltinê) attingit; postea in eum influit Kavkas fluvius, qui a parte occidentali ex monte cui nomen Zigon Vasithêon defertur. Priusquam in Euphratem influit, Karaminon flumini miscetur; quod ex monte Tauro prorumpens Euphrati miscetur et in meridiem profluens montem Taurum transgreditur (vel secat)."

Easdem Armeniae IV regiones apud scriptores saepe recensitas invenies. Lazarus Pharpensis (c. XXXIII p. 184 ed. Venet. 1873) Vasak Armenium litteras de-

disse refert ad vitaxam Arzanenes (bdeašχ Aλdznikh), principes Ingilenes (Angeλ-tun), Sophenes (Tsophkh), Asthianenes (Haštiankh), Acilisenes (Ekeλeats) ceterosque principes. Idem (c. LXXXIV p. 469) regiones Haštiankh, Handzith, Tsophkh enumerat. Stephanus Taronites (Stephanos Tarônetsi Asoλik III, 36 edit. Petropolit. p. 263) auctor est anno 444 Armeniorum (= 995) terrae motu terribili vexatas esse Armeniae IV regiones Haštiankh, Xordzean, Tsophkh, Balu et Paλnatun, idem: III, 8 p. 182 ad synodum Stephani III Catholici (970—972) convenisse episcopos pagorum Tarôn, Haštiankh, Tsophkh, Xordzean tradit.

Optime de Armeniae IV finibus et singulis eiusdem provinciae et Arzanenes pagis egit H. Kiepert (Die Landschaftsgrenze des südlichen Armeniens nach einheimischen Quellen: Monatsb. d. Berl. Akad. d. W. 1873 p. 192—202). Iam eiusdem provinciae fines quales a Georgio describuntur plane conveniunt cum Armenia geographia, cum Iustiniani autem expositione discrepant; accuratius igitur inquirendum est, ad quam imperii Romani aetatem fines a Georgio circumscripti conveniant.

Postquam Chosroës rex a Mauricio imperatore in regnum restitutus est, controversiae finium inter Romanos Persasque antiquitus motae omnes compositae sunt. Sed quosnam pace facta Romani fines obtinuerint, Armenii tantum auctores[1]) VII, IX, X saeculi

1) Syrorum scriptores narrant Daram et Martyropolim (Barhebr. chron. Arab. p. 156) vel Daram et Resainam (Barhebr. chron. syr. p. 97; Michaël Magnus p. 215 Langlois) a Chosroë Romanis redditas esse. Sed Dara et Martyropolis iam ante

memoriae produnt. Quorum antiquissimus Sebêos episcopus (Heraclii historia ed. Patkanian Petropoli 1879 c. 3 p. 45) haec de Chosroë sedem regiam iterum occupante narrat: „Quae imperatori promiserat, servavit; dedit eis (sic) totam (provinciam) Aruastan usque ad Nisibin (Mtsbîn) et Armeniae imperio suo oboedientis (terram quae vocatur) domus Tanuterakan (excurrens) ad flumen Hurazdan, regionem Kotaykh (quae porrigitur) usque ad castrum Garni et litus maris Bznunikh et Arestavan, regionem Kogovit attingentem Hatsivn et Maku. Atque provincia Vaspurakan in regis Persarum fide remansit; a parte Graecorum multi, a parte Persarum pauci satraparum Armeniorum steterunt. Dedit (sc. Chosroës) et maximam partem Iberiae urbe Tiflis (Tphχis) tenus.“ Ioannes Catholicus[1]) (histor. Armeniae editio Hierosolymitana a. 1867 c. XVI p. 87) ita rem narrat: „Chosroës Chosrois fidelis nepos solio Persarum regio iterum potitus est. Iam ab eodem qui gratam (erga imperatorem) voluntatem ostenderet Mauricius petivit, (ut sibi traderet) Mesopotamiam una cum Dara et Nisibi (Mtsbîn) et Armeniae eam terram quae Tanatirakan-gundn (v. l. Tanutirakan-gundn) appellatur praeter caput territorii Duin ((V)ostanên 'i Duin khaλakhê) et duas provincias, scilicet Maseatsotn et regionem Aragats. Quibus exceptis cetera omnia Chosroës Mauricio condonavit (quae pertinent) a monte

---

pacem factam in Romanorum potestatem cesserunt. Theophyl. Sim. IV, 13, 24; 15, 13; V, 3, 10.

1) Cf. Jean Catholicos histoire d'Arménie par St. Martin p. 57 et mémoires I p. 25.

Ĕntsakhisar usque ad castrum Aṛestn et Hatsivn.“ Fere eadem apud Thomam Artsrunensem (historia stirpis Artsrunensis ed. Patkanian Petropoli 1887 L. II c. 3 p. 88) inveniuntur: „Chosroës postquam regnum stabilitum est promissis stetit imperatorique dedit totam (regionem) Arevastan Nisibi (Mutsuin) tenus et terram Armeniae ad Hurastan fluvium (porrectam), provinciam Kotaykh (et terras interiacentes) usque ad Gaṛni castrum (et usque ad) litus maris Bznunikh et usque ad Aṛestn castrum, provinciam Kogovit usque Hatsivn et Maku.“

Arevastan Assyria est; Kotaykh pagus quem medium Hurastan flumen interfluit in orientali provinciae Ạirarat parte trans Araxen porrecta positus est; sunt loca urbi Erevan circumiacentia. „Kotaykh regio iam Erevan cum territorio suo est“ (Vardan Vardapet apud St. Martin II p. 420). Lacus Bznunikh Thospitis (*λίμνη ἡ καλουμένη Θωσπῖτις* Ptolem. V, 12 (13), 7) est. Castra Aṛestn et Hatsivn in Turuberan provincia sita sunt. Kogovit pagus Airarat provinciae est: „Ibi etiam Masis mons arduus est quem a parte meridionali Araxes (Erasχ) praeterfluit. A parte aversa Kogovit regio extenditur; dein Araxes (Erasχ) ad orientem urbis Vaλaršapat deflectitur“ (Mosis Chorenen. geogr. ed. P. A. Soukry p. 34). Maku oppidum pago Vaspurakan provinciae attribuitur cui nomen Artaz. Maseatsotn et Aragatsotn regiones provinciae Airarat sunt. Ĕntsakhisar mons in occidentali provinciae Vaspurakan pago, Ĕṛštunikh nominato, in litore australi lacus Thospitidis situs est. v. Kiepert l. c. p. 206.

Si Sebêon episcopum et Thomam sequimur, limes

imperii Romani urbe Garni, fluvio Hurastan, castro Maku, lacu Thospitide determinatur. Fines australes monte Ĕntsakhisar Ioannes accuratissime indicat; verum quod dicit, regiones in radicibus montium Masii et Aragats positas (Maseatsotn et Aragatsotn) a Persis retentas esse, id aegre cum reliquorum auctorum dictis componi potest. Nam Hurastan fluvius et provincia Kotaykh ad orientem montis Aragats spectant. Alia vero maiorque difficultas inde oboritur quod Ioannes claris verbis Persas Romanis tradidisse Nisibin refert, quae numquam Romanorum facta est. Vide quae docte exposuit Th. Noeldeke Tabari p. 285. Sed Ioannes veterum scriptorum verba male intellexisse videtur. Sebêos et qui presse eum sequitur Thomas Persas Assyriam Nisibi urbe tenus cessisse referunt, quae ita explicari possunt, ut urbs Nisibis initium regni Persici sit.[1]) Quo modo omnis difficultas tollitur. Sed reliqua consideremus. Vides limitem descriptum quo non modo provinciae Airarat et Turuberan fere integrae, sed etiam pars Vaspurakan provinciae Romanorum fuisse dicuntur. Noeldeke haec ab Armeniis quibus moris est a veritate deflectere ficta esse censet. Qua in re iniquius quam verius iudicasse videtur. Habe-

1) Fluvios montes castra illa, quae ex foederis verbis in utriusque imperii limite posita sunt, omnia Persarum fuisse censuerim. Uti Assyria (= Arzanene) Romanis concessa est usque ad Nisibin urbem quam Persae retinuerunt, ita Armenia Chosroi data est „ἕως τοῦ Τιβῆ“, quod ita explicandum est, ut urbs regia in manu Persarum remanserit. Nam Ioannes Catholicus diserte dicit Duin Persarum fuisse. Castra igitur Garni, Maku, Arestn, Hatsivn, mons Ĕntsakhisar initia regni Persici fuisse videntur.

mus enim testem Graecum luculentum haud spernendae antiquitatis, qui res ab Armeniis auctoribus narratas plane confirmat: narrationem de rebus Armeniae (F. Combefis O. P. historia haeresis Monothelitarum Paris 1648 p. 272 sq.) quae Iustiniano II imperatore et Isaac III catholico conscripta est.[1]) Narrat igitur auctor de Chosroë p. 280: *ὃς ἔδωκε τὴν Ἀρμενίαν πᾶσαν Μαυρικίῳ Καίσαρι ἕως τοῦ Τιβῆ, ἀνθ' ὧν ὑπ' αὐτοῦ κατέστη βασιλεὺς, καὶ δῶρα πολλὰ παρ' αὐτοῦ ἔλαβεν αὐτὸς καὶ τὰ στρατεύματα.* Vides quam bene haec cum Armeniorum relatis congruant. Porro conferas quae deinceps narrantur. Mauricio concilium Armeniorum episcoporum in urbem regiam congregante veniunt episcopi regionis Taron (= Turuberan) et qui Romanae dicionis erant, contra detrectant episcopi regionis *Ἀσπουράν* (= Vaspurakan) qui Persis subditi sunt. Congruenter Sebêos narraverat provinciam Vaspurakan in Persarum fide remansisse. Moses catholicus († 594) in Perside degens dicit: „*οὐ μὴ γὰρ παρέλθω τὸν ποταμὸν Ἀζὰτ οὐδὲ μὴ φάγω φουρνητόριν οὐδὲ μὴ πίω θερμόν*" (p. 281). Ioannes catholicus his verbis lucem affert, qui dicit flumen Azat (nunc Karhni tschai Ritter Erdkunde X, 399)[2]) Romanorum Persarumque

1) Sympatius praefectus Armeniae a. 695 factus a Leontio imperatore curopalatae dignitate ornatus est (St. Martin I p. 416). Iam cum Amaza(s)pes quidem ab auctore eodem honoris nomine notetur, de Sympatio vero tantum haec legamus: „*ὁ Παγκρατούνης Συμπάτιος*", cumque eodem anno Iustinianus II regno exutus sit, narratio ipso anno ante rerum Romanarum mutationem conscripta esse videtur.

2) Ab eodem (sc. Metsamor) flumine ad orientem versus Azat fluvius est (id est: revera liber) et dignus hoc nomine Azat

sub finem ferri (Ioann. Cathol. c. 17 p. 94). Verba igitur significant, catholicum terram Romanam non intraturum esse.

Iam vero Armeniorum expositiones cum Georgio Cyprio conferamus. Cuius descriptionem si cum ambitu imperii Romani, Iustiniano imperante, comparamus, propagatos quidem Romanorum fines invenimus neque tamen tam vastos quam Armenii auctores tradunt. Arzanene provincia antea Persarum potestati subdita iam Romanorum facta est. Quae una e quinque regionibus Transtigritanis fuit quas Iovianus Sapori tradiderat. Amm. Marc. XXV, 7, 9.[1]) Quae et Iustiniani aetate sub Persarum iugo remansit. *Περσῶν κατήκοος ἐκ παλαιοῦ οὖσα.* Procop. de bell. Pers. II, 15. Arzanene Persarum. Ioann. Ephes. de beat. orient. c. XXVII. Neque Iustino neque Tiberio regnantibus Romanorum facta est, cf. Theophyl. Simoc.

---

est, cuius fontes in monte Geôλ in loco cui nomen Saχurak inveniuntur. Mosis Chor. geogr. ed. A. Soukry p. 34.

1) Toti illi regioni nomen Arabiae est. „Die Provinz, aus welcher dieser Märtyrer stammte, war die Provinz von ʻArbâjê. Sie erstreckt sich von Nṣîbîn bis zum Tigris, eine Gegend, die bald den Römern, bald den Persern unterworfen war .... Die ʻArbâjê unsres Striches aber zwischen dem Euphrat und Tigris sind hier zuerst von Iobinianos angesiedelt ... Und es sandte Iobinianos Menschen nach diesen Provinzen von ʻArab, von Arzûn und von Bêṭ Zabdai. Und es stiegen herauf diese Menschen von Mâḥôzê und wurden Bewohner dieser Provinz. Und es ward genannt der Name dieser Provinz ʻArab; und sie setzten als Grenzen zwischen den beiden Seiten, zwischen den Persern und den Römern, die Stadt Nṣîbîn.“ Hoffmann: Auszüge aus syr. Akten persischer Märtyrer p. 22, 23.

I, 14, 1; II, 7, 1; III, 15, 14; 16, 1 etc. Verisimile igitur est eam pace facta Romanis traditam esse. Praeterea Armeniae Romanae attribuuntur regio Muzuron (Mndzur) quae altae Armeniae est, regio Chothaïtarum (Choyth) et urbs Balalison (Baλeš) quae provinciae Taronitidis (Turuberan) sunt. Sed ambitus terrarum quae in Romanam dicionem venerunt, si Armenios sequimur auctores, multo maior est. Neque est cur offendamus.

Georgius eas tantum terras describit quae velut Mesopotamia et Armenia IV in provinciarum formam redactae erant. Turuberan vero et Airarat „*οὐκ εἰς ἐπαρχιῶν συνέκειντο σχῆμα, ἀλλὰ τῶν τε ἐθνῶν ἦσαν καὶ ἐκ διαφόρων ἦσαν συνειλεγμέναι βαρβάρων ὀνομάτων καὶ ὑπὸ σατράπαις οὖσαι.*“ Novae illae provinciae ante id tempus patriis usae institutis postquam Romanorum in clientelam ac fidem se commendaverunt initio eodem modo administrabantur quo Armeniae Magnae pars Romana tempore Iustiniani. Imperator enim iterum consul (528) illi regioni ad id tempus a ducibus comitibusque administratae magistrum militum (*στρατηλάτης* — *στρατηγός*) praefecit, qui terram barbaram ab hostium incursionibus defenderet et incolas Romanis moribus assuefaceret. Unum ex procerum indigenarum numero Tzitam (*Τζίτας*, *Ζτίττας*) magistrum fecit, cfr. Malalas II p. 157 ed. Ox. = Theophan. 175, 5; Procop. de aedif. III, 1. Verum magisterii munus ad tempus tantum delatum. Octo enim annis post Romana Armeniae Magnae pars — Leontopolis et Theodosiopolis — Armeniae I provinciae recens constitutae adiuncta et a magistratu

ordinario proconsule administrata est. Iustinian. novell. 31. Plane eodem modo novae provinciae a Mauricio instituebantur, quibus magistrum militum Musilem[1]) ex gente Mamiconiorum oriundum, principem Taronitam, praefecit. Georgius provincias quibus magistratus ordinarii non praeerant eodem iure omittit quo et Hierocles dicionem comitis Armenii et satrapias IV Armeniae silentio praeterierat. Quibus omnibus diligenter perpensis non est cur Armeniis scriptoribus fidem denegemus.

Iam vero omnium Armeniarum provinciarum quae Romanis parebant fines et nomina mutata esse Ioannes catholicus prodit, veris nonnulla prorsus falsa admiscens, ita (edit. Hierosolym. c. 17 p. 88): „Postea imperator Mauricius nomina harum terrarum, ab Aram nostro instituta, commutare suscepit. Atque primam Armeniam cui caput Sebastia (Sevastia) Secundam appellavit, et Cappadociam (Kapadovkia) cui caput Caesarea (Kesaria) II Armeniam antea nominatam, III Armeniam vocavit provinciamque (Eparkhi) fecit. Et Melitenae (Melitinê) cum provincia cognomini, III Armeniae appellatae, Primae nomen indidit. Et Pontum (Pontos) cui caput Trapezus (Trapizon) Partem Magnae Armeniae nuncupavit. Quartam Armeniam, cui Martyropolis (Martirosatspolis) i. e. Nphrkert

1) Verba narrationis p. 280 corrupta sic fere emendanda sunt: *τὸν δὲ στρατηλάτην Μουσίλην* (*Μουσίκλης* sed p. 281 bis recte *Μουσίλης*) *τοῦ Μα⟨μι⟩κόνι τὸν ἐπικληθέντα Ταρωνίτην ἀπέλειπεν* (sc. *ὁ Χοσρόης*) *⟨ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀρμενίᾳ καὶ αὐτὸς⟩ ἐν Περσίδι ἔτη λ′ ἐβασίλευσεν καὶ η′*. De Musile (Mušeł Mamikonian) cfr. Sebêos VIII p. 51.

caput, Iustinianam (Yustianunist) scribi iussit. Porro regionem Karin cui caput Theodosiopolis (Thêodupolis) Magnam Magnae Armeniae Partem nominavit. Et eam partem Magnae Armeniae quae Romanorum sub dicione remanserat, a Phasiane (Basen) usque ad Assyriae (Asorestan) fines pertinentem, Magnae Armeniae nomine ornavit. Regionem Taykh cum finibus suis Armeniam Profundam vocavit. Et regionem urbis Duin (koλmn Dvin khaλakhi) Armeniam Inferiorem dixit.“

Sed iam singula perlustremus. Non prorsus recte Ioannes provinciam quae antea Armenia I fuerat, a Mauricio demum nomen Secundae accepisse dicit; novum enim nomen iam a Iustiniano acceperat, neque post Mauricium mutatum esse subscriptiones VI universalis concilii et Quinisexti probant, quae Berissam, Sebastiam, Comana, Heracleopolin inter Armeniae II oppida recensent. Mere ficticia de Cappadocia I tradit, quae numquam neque II neque III Armenia appellata est. Recte vero Armeniae III Iustiniani (olim Secundae) nomen Primae inditum esse narrat. Nam conciliorum subscriptionibus et Melitene et Arca et Arabissus et Cucusus Armeniae I attribuuntur. Provincia IV (Pontus) et VI (regio Karin) idem fere nomen habent ita tamen, ut Pontus Pars, regio Karin vero Pars Magna Armeniae Magnae nuncupentur. Iustinianus Armeniam I ex Armenia Interiore (Leontopolis = Iustinianopolis — Theodosiopolis), ex parte Armeniae I veteris (Satala-Colonia-Nicopolis) et ex Ponti parte (Trapezus-Cerasus) constituerat. Ex subscriptionibus episcoporum evincimus, Iustiniani Armeniam I saeculo

VI re vera vetus nomen in novum Armeniae Magnae permutasse. Probant praesulum subscriptiones: *ἐπισκ. τοῦ κλίματος Δαρανάλεως τῆς μεγάλης Ἀρμενίας*[1]) (Mansi XI, 645) = *ἐπ. Καμάχης τῆς μεγάλης τῶν Ἀρμενίων χώρας* (Mansi XI, 993) qui Armeniam olim Interiorem vocitatam incolunt. Similiter Magnae Armeniae adscribuntur antistites eius provinciae quae iam ante Iustiniani aetatem I appellabatur: *ἐπ. τῆς Κολωνειατῶν πόλεως τῆς μεγάλης τῶν Ἀρμενίων χώρας* — *ἐπ. τῆς Νικοπολιτῶν φιλοχρίστου πόλεως τῆς μεγάλης τῶν Ἀρμενίων ἐπαρχίας* — *ἐπ. Ἰουταλέων* (*γρ. Σαταλέων*) *πόλεως τῆς μεγάλης τῶν Ἀρμενίων ἐπαρχίας* (Mansi XI, 997). Utrum Ponti Polemoniaci pars quam Iustinianus Armeniae I adiunxerat in eadem condicione perseveraverit an, uti Ioannes contendit, sui iuris provincia facta sit, diiudicare non possumus, quoniam subscriptionibus sacerdotum provinciae nomen non additum est. Pars Magnae Armeniae quae Romanis parebat sunt provinciae Airarat et Turuberan, sub magistro militum constitutae. Taykh[2]) vel Armeniam Profundam Romanorum fuisse etiam ex Sebêi episcopi narratione c. 35 effici videtur. Provinciarum quas recenset Ioannes ultima est regio urbis Duin (koλmn Dvin khaλakhi). Qui pagus (Ostann Dvnaj) inter XIX Airarat provinciae regiones recensetur (Whiston p. 361). Ioannes ipse narraverat urbem Duin (Osta-

1) Antecedit *ἐπ. τῆς Ἰουστινιανουπολιτῶν πόλεως* (= Leontopolis-Bazane) *ἤγουν τοῦ κλίματος Ἐκκλευζινῆς* (= *Ἀκιλισηνή, Κελτζηνή*).

2) *εἰς τὴν Τάεις* narr. d. reb. Arm. p. 284 forma ex Accusativo Armenio facta.

nên 'i Dvin khaλakhê) in Persarum potestate remansisse, quod testimonio narrationis d. r. A. confirmatur (ἕως τοῦ Τιβή). Urbs in orientali fluminis Azat ripa sita est, quod Romanorum Persarumque fines dividit, cfr. Ioannes cathol. c. XVII p. 93. „Et magnus Catholicus Abraham ut ante dictum est in urbe Duin habitabat in agro Persico; nam flumen Azat imperium utrumque dividit.“ Quod ita explicandum censuerim, ut urbs ipsa quidem Persarum fuerit, regionis vero quae a Duin urbe nomen habuit pars occidentalis in Romanorum potestatem cesserit. In occidentali ripa eiusdem Azat fluminis comopolis Avan sita erat, ubi catholicus Romanorum Ioannes (Yovhan) sedem suam fixit (Ioann. cath. XVII p. 93) sine dubio eo consilio, ut et Romanorum summus sacerdos eandem provinciam inhabitaret cuius caput inde a Giut catholici (465—475) temporibus sede patriarchali claruit.

Sed iam ad Georgium revertamur. Cuius ex descriptione apparet Mesopotamiae superiori adiectas esse Arzanenen et Sophanenen (Tsophkh Mets) provincias. Arzanenes ambitum ita describit Moses Chorenensis (p. 358 Whiston): „Arzanene (Aλdznikh) secundum flumen Tigrim (Tigris) iacet, regionesque tenet decem: Arzn, Nphrkert, Kheλ, Kethêk, Tatik, Aznovatsdzor, Xêrhêths, Gzeχ, Salnoydzor, Sasun. et (p. 30 Soukry): Aλdznikh ad orientem Mesopotamiae (Mijagetats), ad septemtriones fluminis Tigridis (Dkλath) vergit, habet regiones decem: Nphret et Aλdzn, quam interfluit Khaλirth fluvius quem Arabes Šithma id est sanguinolentum appellant. Dein venit regio Khaλ, quae habet in montibus Kêthik, Tatik, Aznuatsdzor, Erχeths

(N. Erχethkh), Saladzor, Sanasun. — Sanasun regionem diserte Romanorum fuisse testatur Georgius. Idem de Sophanene valet. Nam Martyropolis caput Sophanenes inter Mesopotamiae urbes ab eodem auctore recensetur. Quod Armenia geographia egregie confirmatur. H. Kiepert censet operis partem Armeniae ipsius provincias enarrantem eadem aetate conscriptam esse qua nos Georgium Cyprium floruisse coniecimus (Monatsb. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1873 p. 599). Vides quam bene haec inter se conveniant. Sophanenes nomen quam Iustinianus IV Armeniae addixerat Procopiusque commemorat, neque apud Georgium neque apud Armenium geographum extat. Sed uti Georgius Martyropolin Mesopotamiae attribuit, ita et Armenius auctor inter provinciae Aλdznikh (i. e. dicionis Romanae) pagos Nphrkert (= Sophanenen) comprehendit. Provincia ita constituta nomen *Μεσοποταμία* ⟨*ἡ*⟩ *ἄνω ἡ* $\overline{\Delta}$ *Ἀρμενία* (= Mijagetkh Hayots̱, Mesopotamia Armeniorum St. Martin I, 157) accepit. Ea pars Armeniae IV quae sui iuris provincia facta est, *ἐπαρχία* $\overline{\Delta}$ *Ἀρμενίας ἄλλης* appellata est. *Κλίμα* ergo *Σοφήνης* quod Georgius IV Armeniae subiungit, non potest non esse Tsophkh Šadaχ Armenii geographi, Tsophkh Šahunikh Fausti Byzantii.[1]) Sed haec hactenus.

1) Cfr. Kiepert l. c. p. 202. „Entweder also muss man gestützt auf die nur einmalige Nennung von Dzophkh in Armenia IV in der Geographie des sog. Moses, jenen Namen nicht auf das ganze, sondern nur auf die Euphratlandschaft, das Dzophkh Schahuni des Faustus beziehen und in jenem Verzeichniſs eine Umnennung von Dzophkh-mèdz nach der neuen Hauptstadt Něphrkèrt annehmen: allein das stünde in

Hierocles unam Amidam metropolim, Georgius tres urbes, castra XXXII enumerat, haec quidem ex parte post Iustinianum condita. Hieroclis descriptionem hiare recte Wesselingius viderat.

Georgii libro adiecta est in uno Coisliniano codice notitia vere ecclesiastica his verbis praemissis: *ταῦτα μὲν τὰ παλαιὰ τακτικά· ἰδοὺ καὶ τὰ νέα.* Quae notitia magna inter similes libros auctoritate primum hic editur. Nam cum Islamitica religione propagata, provinciis Graecis a sede Romana avulsis, vetus provinciarum ordo Iustinianeus dissolutus esset, imperatorem Leonem Sapientem totam rem denuo composuisse constat. Liber autem qui dudum editus inscribitur *ἡ γεγονυῖα διατύπωσις παρὰ τοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ Σοφοῦ* genuinam ordinis Leonini formam non praebet, sed primo Comnenorum tempore conscriptus est. Multo vetustiora integrioraque *τὰ νέα τακτικά* codicis Coisliniani, quae, Constantino filio illius imperatore scripta praeterquam quod paucissima minimaque vel mutata vel addita sunt, ecclesiae ordinem a Leone institutum verum et sincerum exhibent. Libris inter se comparatis cum multa in ceteris provinciis per duo saecula ab imperatoribus et patriarchis mutata esse cognoscitur, tum in Thessalonicae, Larissae, Dyrrachii, Novarum Patrarum, Trapezuntis, Camachorum provinciis; velut continentis Graecae metropolitanis quattuor in

directem Widerspruche mit Procop." (quod nullius momenti est) „und könnte keinenfalls für eine frühere Zeit, höchstens für die letzte Zeit vor der arabischen Eroberung gelten". (Recte; nam eiusdem temporis sunt qui novae provinciarum divisionis testes sunt, Georgium dico et Pseudomosem.)

Coisliniano viginti suffraganei, quadraginta sex in diatyposi attribuuntur; Trapezuntio et Camacheno hic septem quinqueve suffraganei, illic quindecim octove. Leone enim imperatore paeninsula Haemi montis paene tota in partibus i. e. Bulgarorum erat; propagatos Basilii II victoriis fines diatyposis prae se fert. Saeculo X et XI ineunte cum imperium Byzantinorum orientale cresceret, provinciae Trapezuntia et Camachena amplificatae sunt.[1])

Malam haec notitia optima fortunam sustinuit. Quam qui primus edidit[2]), Carolus a S. Paulus O. C., postea praesul Abrincensis, in geographia sua sacra ex codice Regio Parisino, Italiam et Africam (530—684 apud Parth.) omisit.[3]) Iacobus Goar O. P., Syncelli editor, in editione sua post Codinum (de officiis ed. Goar p. 335—362) editionis principis lacunas ex bybliothecae Regiae Parisinae codice et oppidorum nomina vel corrupta vel sibi incognita in versione Latina audacter atque temere emendavit. Schelstrate (ant. eccles. II p. 672—688) versionem Latinam quam solam praebet, ex Caroli a S. Paulo Goarique editionibus desumptam esse ipse profitetur. Quare inter fontes eum recipere Partheyus non debuit. Contextus quem

---

1) Cfr. quae de his rebus fusius disputavi in Jahrb. f. prot. Theol. XII p. 535—538; 551—555.

2) Notitia altera ecclesiastica ex regia bibliotheca. Geogr. sacra app. p. 39—63.

3) „Hic in MS. Regio recensentur urbes episcopales Italiae et provinciarum Romanarum Africae, sed adeo corrupte ut vix aliquot verba integra remanserint, unde harum notitiam quasi inutilem consulto omisimus.“ l. c. p. 54.

edidit, nil est nisi versio Goariana repetita, erroribus compluribus aucta. Codex Vaticanus 1184 qui teste Schelstratio Basilii notitiam habet, revera Leonis imperatoris diatyposin (= Not. II, III Parth.) exhibet, ut me humanissime certiorem fecit Dr. Tschiedel, Romae degens. Optimum Bodleianae bybliothecae codicem G. Beveregius adhibuit in ea editione quam *Συνοδικοῦ* sui adnotationibus obruit. Quae editio quam Rhallis et Potlis (*σύνταγμα τῶν κανόνων* V p. 455) maximam partem sequuntur dolendum est, quod festinanter et neglegenter confecta est; saepissime enim ille codicem male legit, ordinem perturbavit. Denique Parthey contextum ex geographia sacra et Goariana editione, fontibus plane inutilibus, hausit, Beveregii varias lectiones in fine operis sui adiungens.

Codices vero quibus usus sum in exornanda Basilii notitia, hi sunt:

1) codex Baroccianus CLXXXV saec. XI membranaceus in folio; quo Beveregius usus est. Notitia extat a folio 16^{*r}—23^{*r}. In columnis scripti sunt metropolitani et praesules sui iuris, a verbis *ἐπαρχία καππαδοκίας ὁ καισαρείασ, ὁ τῶν βασιλικῶν θερμῶν* cetera versibus continuis; tituli rubro colore picti.

573 *κάστρον Μαρτύριον*] inter Scylacium et Orboberam recensetur, ita ut et Urbicariae et meridionalis Italiae castrum sub illo *Μαρτυρίῳ* latere possit. Quodsi oppidum Urbicariae adnumerandum est, *Μαντύριον* vel *Μαντούριον* reponendum esset. castrum Manturianense L. P. p. 408 Duchesne. *ἐπ. Μαντουριανοῦ, Μαντουρίνου, Μαντουρίας ἐπαρχίας Τουσκίας.* Mansi X, 865, 1164. XI, 313. Bono ep. Mantuarianensi Mansi XII, 715. sed et Marturianum in Ottonis imperatoris privilegio; nunc Monterano. Scripturam codicum si respexeris, nescio an propius accedat castrum Marturanum vel Martoranum ad Sabutonem flumen (Savato) a Cosentia ad meridiem situm, quod hodie Martirano vocant. Sed testimonia eius oppidi nulla nisi recentissima extant. Denique Manduriae castri Tarento finitimi (Liv. XXVII, 15. Plin. N. H. II, 102, 226) ratio habenda videtur; cfr. *Μανδύριον* Steph. s. v. Manduris Tab. Peut. R. A. 262, 8. — Res in medio relinquenda est.

574 *κάστρον Οὐρβοβέρα*] B. *Ὀρβοβέρα* A, corruptum ex *Οὐρβόβετα* sive *Ὀρβοβέτερα* (= Orvieto). Orbevetus R. A. 285, 17; Urbevetus Guido 488, 19. Urbs Vetus cum var. lectt. Urbis et Urbe Vetus. Paulus Diac. IV, 32. Orbevetus Agnellus 106. *Οὐρβίβεντον.* Procop. de bell. Gotth. II, 11; 18; 19; 20. ab Urbe Veteri Jaffé 1079.

575 *κάστρον Ὅρτονος*] Vestigia tradita non ad castrum Hortas, Ortas (Orte) et in libro pontificali et apud Paulum Diaconum et alibi saepius imperio Byzantino

adscriptum, sed ad oppidum Samnii maritimum Hortonam — Ortonam revocanda esse apparet. Ortona R. A. 259, 15; 327, 8; Tab. Peut. *Ὄρτωνος* Mansi X, 865, 1164. Ex Gregorii epistula (Gregorius clero, ordini et plebi consistenti Ortonae Jaffé 1311 an. 594) et maxime ex Jaffé 1101 (an. 591) castrum Romanorum in potestate fuisse satis constat. Edebatur quidem: „Blandum episcopum Hortensis civitatis“, sed „Hortonensis“ esse legendum, Ewald demonstravit.

577 *νῆσος Σικελίας*] Georgii liber, quo quasi notitia ecclesiastica Nilus Doxapatrius 298—319 usus est, solus illa XXII oppida, Siciliensi praetori vel praefecto subdita, omnia perhibet. cfr. Constantin. Porph. de themat. II, 10: *εἰσὶ δὲ αἱ ὑπὸ Σικελίαν καὶ τὸν ταύτης στρατηγὸν πόλεις κβʹ.*

581 *Μεσσίνη*] *ἐπ. Μεσίνης* Mansi X, 865, 1164; *ὁ Μεσσίνης* N. VIII, 247 Parth.

582 *Κεφαλούδιν*] Forma eadem Kefaludin apud Guidonem 496, 6. *Κεφαλούδη* Nilus Dox. 302.

586 *Τρόκαλις*] Petro ep. Triocalitano. Jaffé 1327. 1545. *Τροκάλεως* Mansi X, 865; 1165. *ἐκκλησίας Τροκαλιτάνης* (Lat. Trioclitanae) Mansi XI, 305, 306. *ὁ Τροκάλεων* N. VIII, 252 Parth. *Τρόκαλα* Nil. Dox. 306.

587 *Ἀκράγαντος*] Nominativus formae vulgaris videtur esse; cfr. N. VIII, 253 Parth. *ὁ Ἀκρακάντου. Ἀγριγέντου* (Mansi X, 865, 1164) non item pro vulgari forma habendum, sed vitio ignorantiae eius vertendum, qui acta Lateranensia ex Latino convertit. Forma *Γεργέντιον* = Girgenti (*ἐπ. Ἀκραγάντων* [*ἀλλὰ καὶ*] *τοῦ νῦν λεγομένου Γεργεντίου* Nil. Dox. 219) ante Normannorum aetatem in usu non fuit.

589 *Καρίνης*] nunc Carini. *Καρινῆς* Mansi X, 868, 1165. *Καρίνης* Mansi XIII, 384. *Καρίνη* Nil. Dox. 309. Ortum est nomen ex *Κάρινα* = *Ὑκκάρινα.* Ex ablativis, qui in itinerariis et tabulis reperiuntur, Graeci aetatis inferioris nominativos novos in *ις* vel *ης* vel *η* exeuntes formaverunt, ut *Λούκρις, Λίπαρις, Ἀλέσις,*

vel *Λεοντίνη*, *ἐπ. Θέρμης* (Mansi X, 1168), *Φούρμης* (= Formianis) X, 1164. *Φούνδης* X, 868 etc. *Ταυρομένη* v. 580 B. Nil. Dox. 300. *Σούλκης* v. 680 etc.

592 *Γαῦδος*] Praeter Strabonem (p. 44, 277, 299 C) hanc nominis formam nemo noscit, nisi aetatis infimae scriptores, velut qui epimerismos scripserunt. Chron. P. 53, 5. Syncell. 90, 11. cod. Paris. 1712 fol. 25ʳ. Nec minus Hippolyti „Gaudius" — quod nomen Riese haud recte in „Gaulus" mutat — in „Gaudus" emendandum est. Geogr. Latin. minor. p. 164, 7.

593 *Μελέτη*] Melete R. A. 407, 5. Hippolytus (Riese, Geogr. Gr. min. p. 164, 7). Malta iam It. Marit. 518, 2. *Μελίτη νῆσος ἡ λεγομένη Μάλτα.* Nil. Dox. 313. Ecclesia Maltam insulam Siciliae adiunxit ita priore aetate ut inferiore.

594 *Λίπαρις*] Lipparis R. A. 406, 6. insula quae Liparis appellatur. Gregor. dialog. IV, 31. *Λιπάρεως* Mansi X, 1168.

595 *Βουρκανός*] B. *Βουρκαῦσος* A. *Ἱερὰ* sive *Ἱερὰ Ἡφαίστου* apud antiquos. Vulcani Insula. Tab. Peut. *Ἡφαίστου νῆσος ἢ Βουλκά* (= *Βουλκάνου*) cod. Paris. 1401 Ptolemaei III, 4, 8. Vulcana R. A. 406, 9. nunc Vulcano.

596 *Δίδυμοι*] Didimi R. A. 406, 10. Apud Ptolemaeum l. c. extat in Parisino *Δίδυμος*; ceteris locis *Διδύμη*, Didyma.

597 *Οὔστικα*] *Ὀστεώδης* apud Graecos; Plinius III, 9, 92 et Ptolem. III, 4, 8 nomina duo duabus insulis perperam adscribunt. *Οὐστίνα* Nil. Dox. 317. Nomen ad aetatem hanc servatum est.

598 *τὰ Ὀναρέα*] *ΤΑΟΝΑΡΕΑ* corruptum est ex: *ΠΑΓΝΑΡΕΑ*
R. A. 406, 8. *Ταίναρος* Nil. Dox. 318; ab antiquis *Εὐώνυμος*, nunc Panaria dicta.

599 *Βασιλούδιν*] Basilidin R. A. 406, 12 *τὸ Βασιλούδη.* Nil. Dox. 319. nunc Basiluzzo; insula minima saxea a Panaria ad orientem vergit.

600 *ἐπαρχία Καλαβρία*] de hac provincia vide praefationem.

611 *Φάνους*] Nominum Latinorum quae exeunt in um syllabam, genetivos Graeci nonnunquam vulgari sermone terminant heteroclitice q. v. in *ους*. In actis concilii Lateranensis a. 649 (Mansi X, 1165) invenimus: *Θωμᾶς ἐπισκ. Αὐσιμοῦς. Ἀκυλλῖνος ἐπισκ. Αἰλιβαίους.* cfr. v. 614 *Πεκίνους.* Graecorum nominum syllaba *ος* vel *ας* terminatorum genetivus *ους* occurrit v. 704 *Ἡλιοῦς* v. 719 *Ἀνδρονικίους.* Et quod maxime barbarum est, nominum femininarum in *α* exeuntium eadem forma invenitur. *Πόλους* v. 613. *Ἀραβίους* v. 707.

612 *Ὀλκοῦσα*] depravatum ex *Ἀσκλοῦς* eadem genetivi forma. Asclopiceno Tab. Peut. Asclo. It. Ant. 307, 6; 317, 1.

616 *Τεργέστρα*] *Τέργεστρον* Ptolem. III, 1, 23. Steph. s. v. *Τέγεστρα. Ἀρτεμίδωρος δ' ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα Τέργεστρον αὐτὴν καὶ κώμην οἶδεν· „ἀπὸ Τεργέστρου κώμης καὶ τοῦ μυχοῦ ἐπὶ τὸν Ἀδριάν στάδιοι ͵εκε'." ἄστυ Τεγεστραίων* Dionys. Perieg. 382. *Τεγεστραῖον* et *Τέργεστρον* Eustath. ad Dionys. Perieg. 382. Romanorum id oppidum fuisse, ostendit Diehl l. c. p. 48 N. 4. titulus Tergestinus qui consulatum Iustini II (571) indicat. IND. V. PC. DN. IVS|TINI. IMP. C. I. L. V, 694.

617 *Αὐγουστόπολις*] Ut Polam et Tergeste, sic ex Istria in Annonariam hoc oppidum translatum esse conieceris. At Augustopolis Istriae nulla reperitur. Quare quod cosmographus Ravennas 255, 11, 12 (cfr. 256, 14, 15 et 382, 5, 6) habet „Humago, Neapolis", hoc loco *Αὐγουστόπολις* nescio an factum sit ex

⟨Ὁμ⟩άγον ⟨Νεά⟩πολις vel potius *⟨Ὁμ⟩άγ⟨ον Ἰ⟩ουστ⟨ιν⟩όπολις*

Iustinopolis, Paul. Diac. II, 9 p. 77 adn. b. Hec (Histria) a Iustinopolim usque ad flumen Consentium est extenssa, inque sunt urbes Iustinopolis, Piranum, Pazentium, Tergestus, Hemonia atque Pilla. cfr. Be-

retti p. CXLIII. Ughelli, Italia sacra. V², 379 [1]) C. I. L. V, 49.

618 *Ταλβιτάου*] A. *Τιλβίταον* B. flumina et portus Reatinum, Tiliaventum Maius Minusque. Plinius N. H. III, 18, 126. Flumen Tiliabinte in Tabula Peut. Item cosmographi Ravennatis: 290, 16 codex Urbinas (ut B) Tiliamentum exhibet, ceteri Taliamentum (Tagliamento). Librarium Coisliniani codicis nomina vulgaria sponte interdum emendasse apertum est. „Venit post eum littus quod appellatur *Taliamentum* quia Elyas patriarcha per littoris longitudo talliada fecit. Tenet miliaria XII." chronicon Altinate iuxta codicem Dresdensem (arch. stor. Ital. App. V. 1847 p. 85).

619 *κάστρον Τερεντίνων*] Goar coniecit: *Φερεντίνων*, Ferenti castrum (= Ferentinum) Urbicariae cfr. Beretti p. CCXI, Ficker II, 302. at probabilius est Piceni oppidum in nomine corrupto latere. Rescribas: *κάστρον Τ[ε]ρεντίνων* i. e. castrum Truentinum. Cic. ad Att. VIII, 12 C. castro Truentino. It. Ant. 308, 1; 313, 3; 317, 2. Tabula Peut: castro Trentino paene consentit cum Georgii codicibus. Castro Truen[tino] C. I. L. IX, 5185 cfr. p. 492.

620 *κάστρον Σολερνός*] A. *Σελερνός* B. De Campaniae Salerno vix quisquam cogitaverit, quod, quamquam in Graecorum potestate etiam Honorio papa (625—638 Jaffé 2027) remanserat, castrum illud eo demum tempore nonnullius momenti esse coepit, quo a Langobardis Arichiso duce occupatum est. Nec magis ad id oppidum, de quo res est, pertinet, quod Ioannes episcopus sanctae ecclesiae Salernitanae prov. Tusciae concilio Romano anni 680 interfuisse fertur (Mansi XI, 314). Nam cum Sutrium et Nepete praecedant, et Graecus *Φαλάρεως* legat, quin de Falaris sive Faleriis agatur, dubium non est. (Habes Ioannem Falaritanum inter patres concilii Romani a. 680. Mansi

1) Titulus quem affert falsus est. C. I. L. V, 12*.

X, 179.) Fortasse est Silarum (castrum S. Petri) ad Silarum flumen positum. Flumen Silarum perhibet tab. Peut. Medio q. d. aevo Sellaris appellatur, cui nomini prope accedit codicis B forma *Σελερνός*. Regio Bononiensis castellorum plenissima erat (Emilie castra L. P. Gregorius XVIII p. 405 Duchesne).

621 *κάστρον Τουλερικόν*] fortasse Tuder ut Goaro videtur; Tuder quae et Tudertina. Guido 478, 13; civitas Tudertina Gregor. dial. I, 10. vix Tolentinum (?).

622 *κάστρον Σάγγα*] *Σάγγαον* B depravatum ex Ancona. (Goar.)

623 *κάστρον Νόβω*] Castrum Novum in Piceno. *Καστρουνόουν* Strabo V p. 241 C. Castronovum R. A. 327, 3. Castro novo It. Ant. 308, 2; 313, 4. Castro novo Tab. Peut. (Castrum Novum in agro Ariminensi Fantuzzi V, 100; VI, 141 (a. 1361) et Castrum Novum quod episcopi Sassinatis est Fantuzzi V, 61, num ante X saeculum iam fuerint, doctioribus diiudicandum relinquo.)

623a *κάστρον Εὐρένικα*] ignotum aut fortasse corruptum ex Ferroniani castri nomine, quod ⟨*Φ*⟩*ερρωνικὸν* ut *Τουδερικὸν* Graecus dixerit.

623b *κάστρον Σημανία*] ignotum. (Septempeda Goar.?)

623c *κάστρον Βισιμάντω*] id quoque corruptum esse videtur, neque scio, num de Bisiniano (nunc Bisignano in Calabria citeriore) cogitandum sit. *ὁ Βισουνιανοῦ* N. III, 465 Parth. Descenderunt Sarraceni cum Rayca et obsederunt Bisinianum et apprehenderunt eam. Lupus Protosp. ad a. 1020. At quoniam castrum in indice Annonariae Picenique extat, probabilius est, vel de Umbriae oppido Pitino ad Pisaurum fluvium sito vel de Pitino Tabulae Peut. (inter Erulos et Prifernum) cogitare. Valentinus ep. ecclesiae Amiterninae pro Romano ep. ecclesiae Picinansium (Pinatiatium Cod. Colbert. 962, Bitinanatium 449, Bitananatium 1572) subscripsi. Mansi. VIII, 235.

624 *κάστρον Βενέρης*] B. *Βερένης* A. „ad Veneris" legitur

in tab. Peut. inter Gnatie et Speluncam paulo interius. Veneris R. A. 283, 4. In ora occidentali prope Buxentum invenitur Veneris. R. A. 332, 7. Neque hoc neque illud aptum est. Sed quod oppidum orae maritimae Ligurum succedit, de portu Veneris (Jaffé 1331) qui Lunensi episcopo etiamtum parebat, cogitandum esse verisimillimum est.

625 *κάστρον Ταβία*] a portu Maurici Tavia, fluvius — a Tavia Vintimilio, plagia. Itin. Marit. 503, 2, 3. S. Benedictus Albinganensis episcopus († 13. Febr. 900) natus est, si Tabienses sequimur, in oppido „quod extra ipsius Tabiae moenia in via qua ad Badaluccum iter est, extat aedificium S. Benedicti domus appellatum, quia in eo editus creditur idem sanctus." AA. SS. T. II Febr. d. XII p. 629. Ughelli Italia sacra IV² p. 913. tabia charta a. 1171 Hist. patr. monum. T. VI, 1026. castrum locum et villam tabie charta a. 1228 l. c. 1350. Tabia Ogerii Panis annal. ad a. 1303. Jacobi Aurie annal. ad a. 1285, 1290. M. SS. XVIII p. 120, 312, 331. — nunc Taggia, vicus a S. Remo ad orientem situs. Beretti p. CIII. — „Tavia fluvius is est qui hodie dicitur Taggia. Eius ad ostia ibi fere ubi fuit Costa balaenae itinerariorum nunc autem est oppidum fluvio cognomine Taggia et ad eum vicus l'Arma repertus est titulus is qui sequitur (= 7809 . . . castelli restitutor Autolycu[s]) unde efficitur iam antiquo tempore castellum ibi stetisse." C. I. L. V p. 900.

626 *κάστρον Βαρακτηλία*] fortasse ex *Φοροκορνηλία* corruptum, quod nomen saepius a Graecis male mulcatum est. *Φοροκόρνητις* Hoeschel. et ap. Leidense Procop. de bell. Gotth. II, 19. *ἐπ. Κόρνης* (Lat. Cornensis) Mansi X, 868, 867; 1168, 1167. *ἐκκλησίας Κορνηλίας* Mansi XI, 313. Foro cerili et cerdi libri mss. R. A. 272, 11.

627 *κάστρον Σαμουργία*] in Renum fluvium influit rivus qui hodie Samoggia dicitur. Adiacet ei oppidum

eiusdem nominis medium fere inter Mutinam et Bononiam.

632 *κάστρον Σανογαλλία*] *Σαβογαλία* B. Sinogalliensis ager. G. v. I, 258, 10. ager Senogalliensis (v. l. sinogalliensis, senigallienensis) I, 226, 11. Senagalli Tab. Peut. Senogalia R. A. 258, 12. Sinogalias (v. l. Sengalias) 326, 7. Senegallia (v. l. Senagallia, Senagalia) quae et Senogallia Guido 462, 12. Senecalia quae Senegallia 505, 5. Senogallia (v. l. Senegallia) civitas It. Ant. 100, 6. Senogallia (v. l. semicallia, semigallia) 316, 3. Senogalliensis Mansi VIII, 268. *Σινογαλλαίου* X, 865. *Σενογαλλίας* X, 1165. Sinogalias L. P. p. 454, 475 Duchesne. Synogaliensie. cod. Carol. XIV (Jaffé monum. Carol. 21 p. 93). Senegalia Fantuzzi I p. 99. Senegallia mélanges d'archéol. et d'hist 1884 p. 417.

633 *κάστρον Κισίνης*] Cesena. Cesina R. A. 273, 1. Guido 478, 1. *καὶ σινά* Hoeschelii. codd. et ap. Leidense Procop. de bell. Gotth. II, 11. *Κισίναν* Hoeschel. et Maltret. I, 1. *Κυσίνην* Hoeschel. et Leidense II, 19; iidem libri *Καισίνη* II, 29. *Κισίναν* Hoeschel. III, 6. *Κησσίναν* Rhedigeranus. *Κισσήνην* ed. Lugdun. Agath. I, 20. *ἐπ. Κεσίνης* Mansi X, 881, 1161. *Κεσιτούννης* Mansi XI, 316. Cesinatem L. P. p. 429, Cesinas 454. Duchesne. episcopus sancte Cessinate Ecclesie. synodus a. 955. Fantuzzi III, p. 1.

635 *κάστρον Φοροπόμπος*] vetus nomen Forum Popilii saepius corruptum legitur. Foro Populi Tab. Peut. Forum Populi R. A. 272, 14. Paul. Diac. V, 27. civitas Foro Populi Itin. Burdig. 616, 1. *ἐπ. Ποπλίας* Mansi X, 868; 1168. *ἐπ. τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Ποπίλιος* (Lat. Pupilensis) Mansi XI, 316. 315. Pipiliensis Agnell. 140. Forumpopli in privilegio Valentiniani falso. Marini papiri LVII p. 94. Hoc Georgii loco, quae sollemnis est forma aetatis inferioris, Forum Pompilii (dicta olim civitas Foropompilius Fantuzzi V, 45; Forumpompilii a. 1292. V, 192. in Sala veteri Episcopa. Foripompil.

a. 1290 VI, 110 etc.) primum apparet. Oppidum a Grimualdo duce expugnatum dirutumque est. Paul. Diac. l. c.: Sicque eandem urbem deiecit, ut usque hodie paucissimi in ea commaneant habitatores.

636 *κάστρον Βριξίλιον*] *Βριζίλιον* B. Brixello It. Ant. 283, 4. Becillum R. A. 272, 4 ex quo Guido 477, 12: Vexillum facit. Brisilli. Marini papiri l. c. p. 94. Brexillus Paul. Diac. III, 18. Brexilli (v. l. Bresilli, Brexilla) 19. Quod ab Authari rege oppidum illud expugnatum esse traditur, Waitzius id ex epitaphio Droctulfti conclusum fictumque esse iudicat, quo auctore ille Brexillum Romanis recuperavit (ad Paul. Diac. III, 19).

637 *κάστρον Βρίντον*] Brinta R. A. 290, 12 (Brintesia Tab. Peut.) fluvius est. Agnellus, ubi privilegium Valentiniani III falsum commemorat, 40 dicit: Una vero episcopali cathedra, civitate destructa, deest, cuius vocabulum Brintum dicitur, non longe a Bononiense urbe. — donaverat illi ipse Flavius imperator Bononiam et Ymolam atque Castellum quod dicitur Brentum in illo et in suis heredibus. Marini, papiri LXIX p. 104. Castrum Brintum nunc Castel de Britti appellari Itali coniciunt. Beretti pg. CLXV.

639 *ἐπαρχία Βυζακίας*] *Βυζακίς* appellatur a Graecis. Polyb. apud Steph. Byz. s. v. *Βύζαντες*; *Βυσσάτις* Polyb. III, 23, 2; *Βυζακῖτις* Ptolem. IV, 3, 26. *Βυζακηνή* Phot. Biblioth. 14 a 2; a Latinis: Byzacium, Liv. XXXIII, 48, 1. Plinius N. H. V, 4, 24; Not. Dign. Occ. XX, 10. Orosius I, 2, 91, 92; Cod. Justin. I, 27, 1 § 12; Bizacium Laterc. Polem. Silvii p. 256 Seeck. Eadem itaque forma legitur apud Byzantinos: Procop. bell. Vandal. I, 15; II, 12; II, 13; de aedificiis VI, 6 etc. Theophanes I, 331, 8; Mansi X, 920, 924, 925. *Βυζάκιν* Malalas II p. 197 ed. Ox.

640 *Καρθαγέννα*] Sive *Καρθαγέν(ν)α* sive *Καρταγέν(ν)α* aetate Byzantina dici solebat. *Καρθαγένναν* Theophan. 186, 25. *ἐν Καρθαγέννῃ* 370, 10. (Theophanes, si liber quo usus est, velut Procopii bella, *Καρχηδών*

exhibet, eandem formamrepetit.) *ἐν Καρθαγένῃ* Chron. Pasch. 583, 5. *Καρθαγέναν* Notit. V, 20 Parthey. *καρθάγενναν* cod. S. Marci Ven. CLXXII f. 248ᵛ. *καρθάγεννα* Coislin. CCCXLVI fol. 299ᵛ. *ἡ Καρθαγένα* Nilus Dox. 49. *ὁ Καρθαγένης* 128. 130 Parthey. *κατὰ Καρθαγένναν* et *πλησίον Καρθαγέννης μητροπόλεως* Acta mart. Scillit. ed. Usener (Index schol. Bonn. aestiv. 1881 p. 5 et 6) *εἰς Καρθαγέναν, τὴν Καρθαγέναν* vita S. Gregorii Agrigentini 4. *ἐν Καρθαγένῃ, εἰς Καρθαγένην* 19. (Migne 116 p. 193, 212) *ἀπὸ Καρθαγένης τῆς πόλεως*. commentarii VII dormientium 1 (Migne 115 p. 428.) *Κεκιλιανὸς πόλεως Καρθαγένης* Mansi II, 929. *ἐπίσκοπος τῆς Καρθαγένης* Mansi IV, 1208; X, 607; 949. *ἀρχιεπίσκ. Καρθαγένης* Mansi XI, 593. *διακόνου Καρθαγένης* Mansi IV, 1128. *τῆς Καρθαγεννησίων καθολικῆς ἐκκλησίας* Mansi X, 797. *ἐν Καρθαγένῃ* Iur. Graeco-Rom. I p. 41. *Καρθαγεννησίων* Mansi X, 944, 945, 953 etc. *ἐν Καρταγένῃ* Malalas II p. 197 ed. Ox. *Χαρτάγαιναν* I p. 207 ed. Ox. *τὸν Καρταγένης πάπαν* Photius bibl. 15, a, 3. *ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Καρταγένι τῆς Ἀφρικῆς* C. I. G. 8954. *εἰς Καρταγένναν* Combefis: auctarium novissimum 324. Hisdem Consulibus Chartagina renovata est. Excerpt. Barb. (Euseb. Schoene I App. 227) Chartingine A. R. 348, 13.

641 *πρυκουνσουλαρέα*] quae proconsularis antea vocabatur, Carthago. Cod. Iustin. I, 27, 1 § 12. *ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῇ ἀμφ' αὐτὴν* (sc. *Καρχηδόνα*) *ἣ Προκονσουλαρέα ὠνόμασται.* Procop. de aedif. VI, 5. *Γόλουσος καὶ Πρόβος καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐπίσκοποι τῆς ἁγίας συνόδου Προκονσουλαρίας* Mansi X, 929.

642 *Σούβιβα*] Subiba mihi videtur urbs Sufes esse, quae nunc Sbîba appellatur. „Fontes Arabici (Iakût s. v. Lubb allubâb s. v.) Sabîba scribunt; nam cum forma Subîba peregrinum quiddam sonaret, ab Arabibus in Sabîba (vel Sebîba) mutata esse videtur quae vox nomini nostrae aetatis Sbîba respondet.“ Th. N. For-

mae vulgares in hoc libro haud rarae sunt. Peregrinus ep. Sufetanus G. c. Eustatius Sufetanus est ep. XXI Byzacenae Not. a. 484. Iustiniani aetate restitutum esse oppidum ex reliquiis eius servatis cognoscitur et titulis. C. I. L. VIII, 259, 260. cfr. p. 44.

643 *Κάμψια*] sic AB pro *Κάμψα*, quae forma legitur in act. conc. a. 255 (258): *Δουνατοῦλος ἀπὸ Κάμψης* Mansi I, 987. In titulo Solomonis aetate facto „muri felicissi[me ius]tinianae Capse c[ivitatis]" restituti esse dicuntur C. I. L. VIII, 101. Praeter Thelepten illa urbs ducis Byzaceni sedes fuit. Cod. Iust. I, 27, 2 § 1. cfr. C. I. L. VIII p. 23 sq.

643 *Κίλεως*] colonia Flavia Cillium. C. I. L. VIII, 2568, 46. et colonia Cillitana 210 cfr. p. 33. Tertiolus ep. plebis Cillitanae et Donatus ep. Cillitanus a partibus Donatistarum commemorantur in Gestis collationis; in not. a. 484 Fortunatianus Cilitanus ep. Byzacenae LXIV. cfr. Morcelli, Africa sacra I p. 139.

644 *Ἰούγκης*] ut *Ταλέπτης*, *Κολούλης*, *Κάψης* ex consuetudine eius qui notitiam conscripsit. Byzacenae ep. CV notitia a. 484 significat Tertullum Iuncensem. Oppidum eiusdem nominis in provincia Caesariensi (Not. a. 484). Neque diiudicandum est, utrius Valentinianus episcopus (Iuncensis Mansi IV, 140) fuerit. cfr. Morcelli I p. 192, 3.

645 *Ταλέπτης*] solet scribi Thelepte, velut C. I. L. VIII, 211; 216; 2094; 2569a v. 32 et 35 etc. Cod. Iustin. I, 27, 2 § 1a. (Teleptae v. l.) Praeterea legitur Telepte C. I. L. VIII, 2565 b; 2568, 44. Itin. Anton. 77, 4. (var. l. Thelepte) *Τελεπτή* Procop. de aedif. VI, 6. Iulianus a Telepte a. 256. Mansi I, 962. In Gestis collationis a. 411 Donatianus (Datianus 160) ep. ecclesiae Teleptensis Mansi IV, 94; Bellicius ep. Teleptensis 147. Theleote col. Tab. Peut. ex errore librarii pro Thelepte scriptum est. — Talaptensis Mansi X, 927.

646 *Κασκάλα*] Hinc incipit pars Numidiae, Byzacenae

provinciae per errorem inserta. Casae oppida permulta occurrunt in Numidia; notitia a. 484 enumerat episcopos de Casis Medianensis, Casensi Calanensi, Cassennigrensem. in G. C. a. 411. Fortunatus ep. loci Casensis Calanensis cfr. Morcelli I p. 115.

647 *Καστέλλαι*] Not. a. 484 prov. Numid. IV ep. Honoratus Castellanus. Severinum ep. Castellanum (Mansi IV, 135) e Mauretaniae Caesariensis Castello appellatum esse Morcelli I p. 126 docet.

648 *Πετζάνα*] Donatus ep. Apissanensis Mansi IV, 137. Baluzius adnotat: „Legendum forte est a Pissanis. Pezana inter civitates Byzacenas numeratur in veteri notitia quam Beveregius edidit.“ Nescio an eodem huc pertineat: Serbandus Putiensis Not. a. 484 prov. Byz. XVIII. *Πούτεα* Ptolem. IV, 3, 39 (?).

649 *Μάμιδα*] Quod oppidum, quo Mammillas Mauretaniae significari Goar perperam opinatus est, Ruinart id esse recte iudicat, quod *Μάμμης* vocatur a Procopio de bello Vandal. II, 11; de aedif. VI, 6. Quibus ex locis in provincia Byzacena situm illud fuisse apparet. cfr. Coripp. rec. Partsch prooem. p. XXXVI not. 204.

650 *Μαδασούβα*] In Itinerario Anton. 48, 4 et 49, 9, cum ceteris codicibus Madassuma sive Madasuma (Madussama) forma commendetur, Parthey Ovetensem codicem secutus „Madarsuma“ recepit. Eandem Madassumam inter cathedras Byzacenae vacuas numerat notitia a. 484. Primulianus ep. Mandasumitanus Mansi IV, 139. cfr. It. Ant. ed. Wesseling p. 48. Morcelli I p. 213.

651 *Κολούλης*] Wilmanns (C. I. L. VIII 698 p. 87) de Chusira oppido cogitat et recte, ut arbitror, Felicem Custrensem (Custensem) ep. XV prov. Byzacenae not. a. 484 Cusirensem scripsit. Procopium autem rectissime tradidisse de aedif. VI, 6: *Μάμμης τε καὶ Τελεπτὴ, Κούλουλις*, et ex hac et ex a. 484 notitia cognoscitur, qua praeter ep. Custrenum Byzacenae LVI Concordius Cululitanus appellatur. cfr. Morcelli I p. 149.

652 *Κάψης*] Capsa altera in Byzacena quoniam nulla est,

hic versus aut ex repetitione ortus est aut *Κάψης* pro *Θάψος* scriptum, quod oppidum loco aptum est. De Capsa Numidica cfr. Morcelli Afric. christ. I p. 129.

653 *Ἀδραμυττῶ*] *Ἀδραμύτην τὴν πόλιν.* Stadiasmus maris magni 116. *ἀπὸ Ἀδραμύτου* 117. Procopius dicere solet *Ἀδραμητόν* de bello Vaud. I, 17; II, 23; II, 27; *Ἀδράμυτος* de aedif. VI, 6. *ἀπὸ Ἀδραμόντου* Mansi I, 275. *Ἀδράμουτον* Theophanes 191, 18. Quibus consentientibus locis apud Georgium formam vulgarem aetatis inferioris extare apparet; quare haud recte C. Müller (Geogr. Gr. min. I, 470) pravam nominis formam librariis esse vindicandam censet.

653a *κάστρον Σουφίτηχα*] ita solus Coislinianus, neque dubium est, quin *Σουφίτηλα* (= Sufetula) sit. C. I. L. VIII p. 40 sq. Titianus ep. Sufetulanus Mansi IV, 161. Praesidius Sufetulensis Not. a. 484 Byzacen. XX. concilium Sufetolense a. 570. Mansi IX, 762. cfr. Morcelli I p. 288.

655 *Κάλαμα*] C. I. L. VIII p. 521. Morcelli I p. 115.

656 *Τεβέστη*] C. I. L. VIII p. 215. cfr. titulum Solomonis aetate confectum C. I. L. VIII, 1863: Theveste [civitas] a [f]undament(is) aedificata est. *ἀμφὶ πόλιν Τεβέστην.* Procop. de bell. Vand. II, 21. Thebesthe R. A. 151, 5. cfr. Morcelli I p. 308.

657 *Ἵππων Νουζιδίας*] sine dubio legendum *Νουμιδίας*; quod Hipponis Regii cognomen alibi reperire non potui.

658 *Καστάβαγαι*] commemoratur Benenatus ep. Casensium Bastalensium in G. C. 411. Mansi IV, 141. Itaque *Κασταβάλαι* scribendum esse ex similitudine nominis *Κασκάλα* facile conicias. At nescio an olim extiterit *καστρὸ βάγαι*; frequentissima enim *κάστρον* significatio in hac notitia. De Bagais (nunc Ksar Bágaï) cfr. C. I. L. VIII p. 252. Notissimus est Donatus Bagaiensis. Felix a Bagai. a. 256. Mansi I, 954. Donatianus Bagaiensis a. 411. Mansi IV, 134. Ba-

ga[i]iensi C. I. L. VIII, 2291. Ba[g]ai[ensi]? 2305. *ἀμφὶ Βάγαϊν πόλιν ἔρημον* Procop. de bell. Vand. II, 19 (*Βαύγαϊν* Theophan. 206, 1). cfr. Morcelli I p. 91.

659 *Βάδης*] Badias in Tab. Peut. *Βαδιάθ*. Ptolem. IV, 6, 32; nunc Bades. C. I. L. VIII p. 275. [d]ec. Mun. Bad. 2451. ep. Badiensis Mansi IV, 135. In notitia a. 485 inter episcopos Numidicos nominantur: VII Rufinianus Vadensis XCVIII Annibonius Vadesitanus CXI Fulgentius Vagadensis CXVII Proficius Vadensis. In G. C. appellantur episcopi: Vagensis, Vageatensis, Badiensis, Baiesitanus (Vadesitanus). Mansi IV, 134, 135, 152. Similia nomina in Numidia frequentia fuisse apparet. Vadenses duo quos notitia exhibet, alter *Βάδης*, alter *Βάγης* (v. 665) intellegendus est. Alter igitur, ut in G. C. Vagensis; item Wilmanns l. c. p. 154: „omninoque diversi sunt Vadenses duo Numidici n. 7 et 117, quorum alter fortasse Vagensis Numidicus erat." cfr. Coripp. rec. Partsch. prooem. p. XV n. 59. Morcelli I p. 91.

659 *Μήλεον*] Milev sive Mileum C. I. L. VIII p. 701. Morcelli I p. 228.

660 *Ληραδοῦς*] De oppido cui Lares sive Laribus nomen est, cogitari non potest, quod illud Numidicum non est. Sed nescio, an huc pertineat in G. C. Restitutus ep. Laritensis Mansi IV, 161. cfr. Morcelli I p. 199.

661 *κάστρον Βέδερα*] C. I. L. VIII, 9414 in lapide Caesareae legitur hoc: „ex Veteribu[s]" et Mommsen adnotat: „significantur fortasse Vetera castra Germaniae inferioris." Nescio, an eiusdem nominis oppidum in Numidia fuerit, ad quod lapis ille et hic versus pertineat.

662 *Σκήλη*] cfr. Useneri indic. schol. Bonn. aest. 1881 p. 6 N. 13. In „*ἀπὸ Ἰσκλὴ τῆς Νουμιδίας*" *Ἰσκλὴ* ex *Σκίλι* depravatum esse ille existimat. Eadem forma (*Σκήλη* = *Σκίλι*) in hoc libro. Maximus Sillitanus LIV ep. prov. Numidiae in Not. a. 484 quin

Scillitanus scribendus sit, dubium non est. Ex Scillitanis illis in G. C. (Mansi IV, 125 et 155) alterum ex hoc oppido nomen duxisse puto, alter, sicut Pariator (Mansi X, 940) ad Scilium provinciae Proconsularis pertinet. cfr. Morcelli I p. 271 et 280.

663 *'Ηγηρινήσιον*] scribendum est sive *'Ιζιρινίσιον* sive *'Ιζιριανίσιον*. Felix ep. plebis Izirianensis commemoratur in G. C. (Mansi IV, 116). In Not. a. 484 Numidiae LV est Vigilius Hizirzadensis. cfr. Morcelli I p. 323.

665 *Βάγης*] vide v. 659 et Morcelli I p. 344.

666 *Κωνσταντίνη*] antea Cirta C. I. L. VIII p. 618, 619. Morcelli I p. 141.

667 *Σίτιφνος*] Sitifis sine dubio intellegenda, metropolis Mauritaniae Sitifensis, librarii errore in provinciam Numidicam illata. Provincias Sitifensem et Caesariensem, quas Iustinianus retinuerat, in unam i. e. Mauritaniam I qui postea regnaverunt coniunxerant; item ecclesiasticam provinciam Mauritaniae antea separatae unam effecerunt. In Notitia igitur a. 484 Caesariensis provinciae CXX episcopi, XLIV (XLII) Sitifensis numerantur; epistula ad Theodorum papam (642—649) a conciliis tribus Africae data et lecta in altero concilii Lateranensis secretario praeter Byzacenum et Numidicum unum Mauretaniae totius primatem affert. Reparatus ep. primae sedis concilii Mauritaniae (Mansi X, 919). cfr. Morcelli I p. 283.

669 *'Ρινοκουρούρων*] = Rusuccurru? cfr. praefationem et Morcelli I p. 268.

671 *Σεπτόν*] Septem Fratres Plin. V, 1, 18. Melas I, 29. Ptolemaeus (IV, 1, 5 *'Επτ' 'Αδελφοὶ ὄρος*) et Procopius (de bell. Vand. I, 1) nomen ex montibus quibusdam propinquis deducunt, Strabo (XVII p. 827 C) dicit: *τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν μνήματα καὶ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος 'Αβίλη*, aperte igitur discernit. Ut circa Deiparae templum castellum Iustiniani aedificatum est, sic et Phoenicum colonia et postea montes finitimi ex Ca-

birorum septem navigationis deorum sacello nominata videntur esse. Ad Septem Fratres It. Ant. 9, 3. Septem fratres R. A. 163, 1. Latini omnes etiam aetatis inferioris Septem scribunt: Cod. Iust. I, 27, 2 § 2. Paul. Diac. VI, 46. Isidor. hist. de reg. Goth. p. 496 Florez; Graeci perperam Septum: *Σέπτον*. Procop. de bell. Vand. I, 1; II, 5; de aedif. VI, 7.

671 *εἰς τὸ μέρος Σπανίας*] = *ἐν τῷ μέρει Σπανίας*: inscribitur provinciae Mauritaniae II pars Hispanica. cfr. v. 672.

671a *Θένησος*] in solo Barocciano; oppidum Aegypti est, ubi Augustamnicae I ultima numeratur. In Coisliniano qui archetypi ordinem fidissime servavit, ab hoc ad alterum *ϑέννησος* XXXII versus sunt, quot in quaque pagina archetypum habuisse verisimile est. Librarius scribens a *μέρος* verbo vel paginae vel columnae ultimo in proximam aberravit.

672 *Μεσοποταμηνοί*] plane obscurum nomen est, neque simile ullum inter oppida Romanorum Hispanica invenitur. *Εἰς τὸ μέρος Σπανίας* bis 671 et 672 habent libri. Si primum expungis, *Μεσοποταμηνοί* provinciae Africanae fiunt, ita ut pars Hispanica Baleares insulas solas contineat. Facillime fortasse *Μεταγωνῖται* conferantur. Polyb. III, 33, 13 (*τὰ Μεταγώνια* § 12) Strabo III, 170 C. *κατέχουσι δὲ τῆς ἐπαρχίας τὰ μὲν πρὸς τῷ πορθμῷ Μεταγωνῖται.* Ptolem. IV, 1, 10.

673 *Μαϊουρίκα νῆσος*] Baleares insulae maior et minor vel potius earum urbes Maiorica et Minorica primum nominantur a S. Hippolyto: Insulae autem, quae pertinent ad Spaniam Tarraconensem, tres sunt, quae et appellantur Balearicae. habent autem civitates quinque has: Eboso, Palmae, Pollentia, quae dicitur Maiorica, Thomenae (*Ἴαμνα*), Magonae, quae appellatur Minorica. Geogr. la. min. Riese p. 169. Maioricam, Minoricam. Victor Vit. I, IV, 13: *ἐς δὲ τὰς νήσους, αἵπερ ἀγχοῦ εἰσι τῆς ὠκεανοῦ ἐσβολῆς, Ἔβουσά τε καὶ Μαϊορίκα καὶ Μινορίκα ἐπιχωρίως καλουμέναι.*

Procop. de bell. Vandal. II, 5. *Μαγύρικαν*. Euseb. Schoene I App. p. 81, 34 = *Μαγειρικάς* Not. V, 19 Parth. *μαγίρικαν* Cod. S. Marci Ven. CLXXII fol. 248ᵛ. *μαγειρικὰν* Coislin. CCCXLVI fol. 299ᵛ. Inter episcopos insulae Sardiniae (Not. a. 484) IV Macarius de Minorica, VII Helias de Maiorica. Divisio terminorum dioecesium et parochiarum Hispaniae a Vvamba rege facta inter provinciae Tarraconensis suffraganeos enumerat: Insulas Baleares, Maioricam, Minoricam, Formenteram, Useticam (Mansi IX, 822). Quae divisio, inter multas illas ex codicibus Toletano et Ovetensi a Garcia Loaisa editas recentissima, multo post saeculum VII exarata esse videtur. cfr. Hefele, Conciliengeschichte III p. 107. Dahn, Koenige der Germanen V, 214. Non commemorantur Baleares neque in divisione provinciarum Hispaniae (Mansi IX, 817), neque in numero sedium Hispaniensium (Mansi IX, 818), neque in divisione provinciarum Hispaniarum secundum regem Vvambam facta tempore Quirici primatis et archiepiscopi Toletani (Mansi IX, 825); nunquam enim fuerunt Gothorum, sed ex Graecorum imperio in manus Arabum transierunt. — In privilegiis quae feruntur ecclesiae Gerundensis: insolas Maioricam scilicet Minoricam. Marini, papiri XX et XXI.

674 *Μῆνυκα νῆσος*] om. in Coisl.; = *Μηνυ⟨ρί⟩κα* (*Μινυρίκα*). *Μῆνιγξ* (*Μῆνιξ*, Menigge Hippol.) enim loco non convenit.

677 *Τούρης*] colonia autem una quae vocatur ad turrem Libisonis. Plinius N. H. III, 7, 85. *Πύργος Λιβίσωνος* Ptolem. III, 3, 5. Turribus Tab. Peut. ad Turrem. It. Ant. 83, 5. Turris Librisonis colonia R. A. 411, 13. C. I. L. X p. 826. In Notitia a. 484 VI Sardiniae ep. Felix de Turribus est. Marinianus ep. Turritanus (a. 591) Jaffé 1129. *Βαλεντῖνος ἐπ. Τούρρης* (Lat. sanctae Turritanae ecclesiae) a. 649. Mansi X, 1168, 1167. Novellus ep. Turritanus (a. 685) Jaffé 2129.

regnum turris. Hist. patr. mon. I, 768. nunc Porto Torres. Dioecesis archiepiscopi Sassaritani etiamnunc a Romanis ecclesia Turritana appellatur. A. F. Matthaeji Sardinia sacra p. 140.

678 *Σαναφάρ*] in Notitia a. 484 III ep. Sardiniae Bonifatius de Sanafer appellatur.

679 *Σίνης*] incertum nomen. San-Giovanni di Sinis q. nunc dic., apud antiquos Tharros appellatur. De la Marmora: voyage en Sardaigne II p. 358.

680 *Σούλκης*] *Σολκοί* Steph. s. v. *Σόλκοι πόλις* Ptolem. III, 3, 3, sine dubio Sulci, nunc S. Antioco, oppidum insulae finitimae ad meridiem vergentis; (Sulcis oppidum It. Ant. 80, 3 ad oram orientis situm est.) episcopum habuit ad a. 1513. *Σούλκης* = *Σούλκις* ex ablativi forma depravatum, quae in itinerariis sollemnis est. Vitalis Sulcitanus in Not. a. 484 V ep. Sardiniae.

681 *Φαυσιανή*] Gregorius I (Jaffé 1301) episcopatum huius nominis pristinum commemorat: „Pervenit ad nos in loco qui intra provinciam Sardiniam situs est, et dicitur Fausiana, consuetudinem fuisse episcopum ordinandi, sed hanc pro rerum necessitate longis abolevisse temporibus." Ianuarius Caralitanus novum episcopum creare iubetur. Et est creatus; nam a. 600 iam Victor ep. Fausaniensis dicitur. (Jaffé 1797.) „Ni fallor, etiam *Φαυσανία* Olbiae nomen posterius fuerit potius *Φασσανία* a *φάσσα*, columba". C. Müller ad Ptolem. p. 380.

682 *Χρυσόπολις*] incertum, an novum nomen a Byzantinis oppido cognito inditum sit. (Neapolis? Metalla?)

683 *'Αριστιανῆς*] Oristanum (Oristano; olim Othoca C. I. L. X p. 822) primum ut videtur hoc loco sic appellatur. *λίμνη* quod sequitur, huc pertinere videtur, scribendumque est: *'Αριστιανῆς λιμήν*. — in portu Arestani. Jacobi Aurie ann. ad a. 1287. cfr. ad a. 1289. M. SS. XVIII p. 331, 318, 319, 320. — in ecclesia sanctae mariae de orestano. charta a. 1131, 31 dec. Historiae patr. mon. T. I, 768.

684 *κάστρον τοῦ Τάρων*] Tarri R. A. 411, 9. Tharros. It. Ant. 84, 2. *Τάρραι πόλις*. Ptolem. III, 3, 2. cfr. quae ad hunc locum C. Müller p. 374 adnotat et C. I. L. X p. 822.

685 *διὰ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως*] de Aegypti et Orientis provinciis quia Georgius cum Hieroclis expositione saepe ad verbum congruit, paullo brevius disputabimus, ne Wesselingii aliorumque verba tantum repetere videamur.

688 *Σεθροήτης*] pro „*Σεθροΐτης*“, cfr. *Θμούης*, *Τάνης* id genus alia pro „*Θμοῦις*, *Τάνις*“. Quae omnia intacta reliqui, ne nimio corrigendi studio abreptus verba auctoris ipsa emendarem. *Σεθρωΐτης* Strabo XVII p. 804 C. *Σεθρωΐτης* (v. l. *Σεθροΐτης*) Ptol. IV, 5, 53. Schol. in Platon. p. 425 Bekker. *Σεθροΐτη* (*σαιθροϊτη* B) Syncell. 113,15; 115,1. *Σεθροΐτης* Steph. s.v. *Σεθρόη*. in nummis ϹЄΘΡѠΙΤΗϹ et ϹЄΘΡΟЄΙΤΗϹ. Eckhel, I, IV p. 114. *Σεθραΐτης* Hierocl. 727, 8; Methrajitem Euseb. Schoene I p. 151, 32. *Σεβριθίτου* Euseb. praep. ev. IX, 32 recte in *Σεθρωΐτου* emendarunt. Urbi nomen *Σεθρόη* (Steph.) vel *Ἡρακλέους μικρὰ πόλις* (Ptolem.) vel *Ἡρακλέους πόλις* (Ioseph. b. Iud. IV, 11, 5) est; sed aetate inferiore nomi nomine vice urbis utuntur, ut v. 725 *Μαρεώτης* 726. *Μανελαϊτῶν* vel *Μενελαΐτου* v. 748 *Ἀρσινοΐτης*. *Θέωνος Σεθροΐτου* a. 431. Mansi IV, 1128. 1166. *Ἰσίδωρος ἐπ. Σηθροϊτῶν* a. 451 Mansi VII, 52. neque tamen vetus nomen prorsus abolevit. *Ἡρακλέους Ποτάμων* a. 325 Morelli p. 226. Potamion Heracleis (Mansi II, 698) PWṬ'MWN D| HRḲLIWS Cowper p. 7 in versione Coptica appellatur: ⲡⲟⲧⲁⲙⲱⲛ ϩⲛ ϩⲏⲣⲁⲕⲗⲉⲩⲥ ⟨ⲥⲉ⟩ⲑⲣⲟⲓⲗⲟⲥ Zoëga p. 244. Idem Theo ep. *Ἡρακλέους τοῦ Σεθροΐτου* appellatur Mansi IV, 1220. V, 589.

695 *Ἀφθάιον*] *Ἀφνάιον* Hierocl. 727, 4. Wesseling. ad l. c. p. 727. *Ἀφεῖς* Cat. Al. 29. *Ἱέρακος Ἀφναιοῦ* a. 431.

ἐπ. Ἀφναΐτῶν a. 451. Mansi IV, 1128; 1221; VII, 52. Afajensi cod. Corb. VI, 874 dd.

696 *Ἴφεστος*] *Ἥφαιστος* Hierocl. 727, 9. *Ἔφαιστος* (l. *Ἴφαιστος*) Cat. Al. 31. oppidum Aegyptiacum cui nomen Hephaestu. Ioann. Ephes. de beatis orient. cp. XXV (egregie fallitur vir doctus qui p. 113 N. 1 urbem Memphim intellegit.) *Ἡφαιστοπολίτης* Steph. s. v. *Ἀδαρούπολις*. *Ἰωάννου Ἡφαίστου* a. 431. Mansi IV, 1128. *Ἡφαίστου Αὐγουσταμνηκῆς* 1160; *τῆς Ἡφαιστιωτῶν* 1220. V, 589. *Ἡφαίστου* a. 449. Mansi VI, 615; 740. *Πέτρος ἐπ. Ἡφαίστου* a. 459. Mansi VII, 920.

697 *Πανέφουσος*] *Πανέφυσις* Ptolem. IV, 5, 52; *Πανίθυσος* prave Hierocl. 757, 10. *Πάνφυσις* Cat. Al. 34. Panephysim .... cuius terras immo etiam contiguae regionis plurimam partem quondam opulentissimam ... repentino terrae motu excussum mare transgressis limitibus occupavit atque ita collapsis fere omnibus vicis opimas olim terras salsis paludibus supertexit. ... In his igitur locis multa in hunc modum oppida eminentioribus tumulis collocata, fugatis habitatoribus suis eluvies illa velut insulas fecit. Cassian. conl. XI, 3, 1. cfr. VII, 26, 2; XI, 2, 1; XX, 1, 2. Institut. IV, 30, 2. (panephisi, panefisi, panefesi etc. libri.) *Πανύφεως Φίλιππος* a. 325. Morelli p. 225. Philippus Panephysi Mansi II, 698; PILIPWS D| PN'PWS'WS Cowper p. 7. ⟨ⲫⲓⲗⲓⲡ⟩ⲡⲟⲥ ϩⲙ ⲡⲁⲛⲉⲫⲉⲥⲟⲛ Zoëga p. 244; *Ἀμμώνιος Πανεφύσου* a. 431 Mansi IV, 1221; V, 589; *Πανεφύσου ἐπαρχίας Αὐγουσταμνικῆς* IV, 1165. Formas Copticas ⲡⲁⲛⲉⲫⲱⲥⲓ et ⲡⲁⲛⲉⲫⲉⲥⲟⲛ Champollion II, 201 et 202 indicat; cfr. Brugsch I, 291; quarum prior graecae *Πανέφυσος* respondet. *Πανεφέσου* vero habes Mansi IV, 1128 et IV, 1165 Labbeus v. l. *Πανεφέσων* praebet. Eandem formam Panefesi ex duobus libris Monacensibus (B et F) vetustate insignibus Petschenig ad Cassian. conlat. XX, 1, 2 affert. Etiam aliis locis

videre est, formas serioris Graecitatis copticasque prorsus inter se convenire cfr. ad 743 *Ξέως*, ϩεωc; *Ἀρσενοΐτης*, ⲁⲣⲥⲉⲛⲱⲉ; 751 *Μεμφὴ*, ⲙⲉⲙϥⲓ; 758 *Ταμιάϑη*, ⲧⲁⲙⲓⲁⲧⲓ; 759 *Τενέση* ⲑⲉⲛⲛⲏⲥⲓ etc.

698 *Γέρος*] *Γέρρον* vel *Γέρρα* cfr. Wessel. ad Hierocl. p. 727. in oppido Geras pro Eudemone Pirozum. a. 404 Theophili III ep. pasch. Hieronymi op. I p. 630 Vallars. *Στέφανος ἐπ. Γέρως* a. 451 Mansi VI, 572 *Γεριτῶν* VII, 52.

699 *Ἰτάγερος*] *Ἰτράγερος* B. deest apud Hieroclem, qui 727, 6 *Σκέννα* praebet. Parthey adfert Itavenis R. A. 127, 2; N. 2(?).

700 *Θένησσος*] A rectius *Θένησος* B; nam coptice oppidum ⲑⲉⲛⲛⲏⲥⲓⲛⲉ, Tennis glossarium I vel ⲁⲑⲉⲛⲛⲉⲥ, Tennis gloss. III (Champollion II p. 360, 367) vocatur; hodie Tennis, insula in Tanitico stagno (Buḥêret-Menzalê) sita, quam optime Ioannes Cassianus conlat. XI, 1 his verbis describit: igitur ad oppidum Aegypti cui Thennesus nomen est emensa navigatione pervenimus. cuius accolae ita vel mari vel stagnis salsis undique circumluuntur, ut solis, quia terra deest, negotiationibus dediti, opes atque substantiam navali commercio parent, ita ut aedificiis cum voluerint extruendis terra non suppetat, nisi de longinquo navigiis adportetur cfr. XI, II, 2 (in tit. cp. I descriptio Thenneseos oppidi). *Θίννεσος* Cat. Al. 39. Barhebraeus hist. eccles. I p. 360 (= Silvestre de Sacy: relation de l'Egypte par Abd-Allatif p. 501) in enarrando itinere Aegyptio Dionysii Telmahrensis patriarchae Antiocheni: Exorta est autem tempestas et intumuerunt fluctus maris atque vix se recipere potuit ad portum urbis Tennis (T'NNIS editores prave: Tanis) quae velut insula est in lacu per ora Nili fluminis et magnum mare Adriaticum (= mediterraneum) efformato. — civitas Tannis (v. l. Thamnis) in qua sunt Christiani multum

religiosi nimia hospitalitate ferventes. hec autem civitas nihil habet terre, excepto ubi sunt ecclesie, et ibi monstratur campus Thaneos (Thamneos). Bernardi mon. It. p. 313 Tobler et Molinier. — Tennis (Tinnis Abulfeda Tb. II Nr. 23 p. 89) est in insula sita in medio lacu Tanidis .... nihil est ibi satorum. Devastata est et periit. Reiske, Abilfedae op. geogr. p. 200. — cfr. Relation de l'Egypte par Abd-Allatif p. 142, 372, 449. Paulus papas Alexandrinus (538 —542) unus abbatum Tabennensium monachorum (Liberatus XXIII) Tennesita per errorem a Severo vocatur. Renaudot p. 141. cfr. Quatremère I, 289; Champollion II, 140 sq. Fuit sedes episcopalis: „Tennis en Grec Tennesi, elle est entre Damiette et Brullos." Vansleb p. 25. *Ἥρων ἐπ. Θεννήσου* a. 451 Mansi VI, 572; VII, 52. Renaudot p. 354 scribens: „in urbe Tani quam Tinis vocant" aperte Thennesum et Tanin urbes inter se confundit errore haud infrequenti cfr. Silvestre de Sacy relation etc. p. 160. Episcoporum igitur Taneos vel Tanae sat multorum ab eodem commemoratorum vel omnes vel plerosque Thennesi vel alius oppidi (cfr. Quatremère I p. 302) fuisse conicias.

704 *Ἡλίους*] cfr. 707 et ad 611. Helius habent et libri omnes It. Ant. 163, 5 et haelius cod. Paris. (D) 169, 3.

706 *Κάρβενθος*] *Καρβενθὸς* B. *Κάρβεθος* Goar. *Φάρζιθος* Hierocl. 728, 5. Forma apud Graecos usitata est *Φάρβαιθος*: *Φαρβαϊθίτης νομός* Herod. II, 166; *Φαρβαιθίτης* (v. l. *Φαρβαιΐτης*, *Φαρβαιείτης*) *νομὸς καὶ μητρόπολις Φάρβαιθος*. Ptolem. IV, 5, 52; *Φάρβαιθος* Steph. s. v. vel *Φάρβητος*: *ὁ Φαρβητίτης νομός*. Strabo XVII p. 802 C. Pharbaetites (v. l. parbetites) nomus Plinius NH V, 9, 49; Pharbaetos (pharbotos) 69. *τὰ ἐν Φαρβήτῳ μυστήρια* Epiphan. *περὶ πίστεως* 12 vol. III p. 571 Dind. — *ἐν Φαρβεθῷ* BM 188 — *Φαρβεθοῦ Ἀρβετίων* a. 325 Morelli p. 225; Arbetion Pharbaeti Mansi II, 698. Coptice ⲫⲁⲣⲃⲁⲓⲧ Albelqa glossar. I Champollion II, 361. ⲫⲁⲣⲃⲁⲓⲑⲟⲥ Zoëga p. 244

B'R'TW Cowper p. 7. Parphetê vers. Arm. Pitra anal. sacr. IV, 237. Arabes urbem Ḫarbait (Ḫarbêt) vel Ḫorbêt vocant „et l'on voit, au premier coup d'oeil, que Ḫarbait répond à l'égyptien ϩⲁⲣⲃⲁⲓⲧ, mot qui, avec l'article du masculin ⲡ, donne ⲡϩⲁⲣⲃⲁⲓⲧ ou ⲫⲁⲣⲃⲁⲓⲧ, Pharbait, d'où les Grecs ont formé *Φάρβαιθος*, en ajoutant seulement une désinence conforme au génie de leur langue, tandis que les Arabes n'ont fait que retrancher l'article égyptien ⲡ." Champollion II, 98. Eodem modo forma Georgii *Κάρβευθος* vel *Κάρβενθος* explicanda est. Quam cave ne confundas cum Kharbeta oppido: ⲁⲣⲃⲁⲧ Kharbéta gloss. I Champollion II, 359. Hoc enim oppidum in occidentali Aegypti parte sita est. Champollion II, 256 sq. Ḫirbitâ Etat de l'Egypte IX, 106 (39) p. 663. Sed extat Kharbeta orientalis cuius meminit Ioannes Niciu episcopus in chronico CV Zotenberg: Il y avait un homme, nommé Théophile, de la ville de Meradâ en Egypte, qui était commandant de cinq villes, sous le règne de Phocas. Les clercs de la province s'insurgèrent contre lui, et, avec un grand nombre de partisans, l'attaquèrent et le tuèrent, ainsi que ses gens, et s'emparèrent des cinq villes, c' est-à-dire de Kharbetâ, Sân, Bastâ, Balqâ et Sanhoûr. Theophilus dux (*ἡγεμών*) Augustamnicae II fuisse non potest; desunt enim urbes Leontopolis, Athribis, Heliopolis; fuit autem pagarchus, qui, duci subiectus, parti tantum provinciae praefuit. Est homo Aegyptius, duces vero e Graecia originem duxerunt. (cfr. quae de pagarchis dilucide exposuit Karabacek: Mitth. aus d. Sammlg. d. Papyrus Erzherzog Rainer I p. 7 sq.) De tribus oppidis nullum est dubium. Sân Tanis, Bastâ Bubastis, Balqâ Arabia Graecorum sunt. Sanhoûr vero nullo modo urbs notissima Arsinoïtae nomi esse potest. (ⲥⲟⲩⲛϩⲱⲣ Champollion I, 327; Brugsch I, 233; Senhúr, qui est un Village sur le lac de

Kern, dans la Province de Fium. Vansleb. p. 24; Senhúr Vansleb Relation p. 270.). Sed cognominem urbem in nomo Heroopolite fuisse indicat Brugsch I, 266, quae sine ullo dubio urbs a Ioanne chronographo commemorata est. Iam quae restat, urbs Kharbetâ, in eadem Augustamnica II provincia sita esse debet, neque potest non esse urbs Ḫorbêt vel Ḫarbêt ab Arabibus, *Κάρβενθος* a Georgio nominata. Theophilus pagarchus igitur quinque urbibus: Pharbaeto, Tani, Bubasti, Arabiae, Sanhûr praefuit. Utrum Theodorus a. 1086/7 episcopus Kharbetae (ita enim pro Khartabae Renaudot p. 458 legendum est Quatremère I p. 44) occidentalis an orientalis fuerit, nescio; utraque enim urbs, teste Vanslebio, episcopalis fuit. Index oppidorum vicorumque Aegyptiorum a. 1376 confectus in provincia aš Šarḳîje quinque nominis Ḫarbêt castra enumerat quae et Iakût habet Etat de l'Egypte: p. 611; III, 186—190. Unum certe Pharbaetus urbs est.

707 *Ἀραβίους*] de nominis forma cfr. ad 611. *Ἀραβία* Hierocl. 728, 6 Arabia oppidum. Iulii Honorii cosmogr. 44 p. 47 Riese. Desideri ergo fuit, ut de Clesma ad terram Gesse exiremus, id est ad civitatem, quae appellatur Arabia, quae civitas in terra Gesse est: nam inde ipsum territorium sic appellatur, id est terra Arabiae, terra Iesse, quae tamen terra Egypti pars est, sed melior satis quam omnis Egyptus est. Sunt ergo a Clesma, id est a mare rubro, usque ad Arabiam civitatem mansiones quattuor per heremo: sic tamen per heremum, ut cata mansiones monasteria sint cum militibus et praepositis qui nos deducebant semper de castro ad castrum. S. Silviae Aquitanae peregrinatio ad loca sancta editio altera I. F. Gamurrini Romae 1888 p. 16. Ac sic ergo exeuntes de Hero pervenimus ad civitatem quae appellatur Arabia, quae est civitas in terra Iesse . . . . De Arabia autem civitate quattuor milia passus sunt

Ramessen. Nos autem, ut veniremus ad mansionem Arabiae, per media Ramesse transivimus. l. c. p. 18 cfr. p. 20. Fuit sedes episcopalis. „Hoc autem, referente sancto episcopo de Arabia, cognovimus.“ l. c. p. 19. Est urbs quae Romanorum tempore Thou appellata est. Mommsen Sitzungsb. der Berl. Akad. d. Wiss. 1887 p. 362 sq. Arabes eidem urbi nomen Balkâ indiderunt. cfr. Ioannes Niciu l. c. ϯⲁⲣⲁⲃⲓⲁ Albelqa gloss. III; Champollion II, 367. ϯⲁⲣⲁⲃⲓⲁ Arabiah gloss. II. Champollion II, 365. Glossarium I Coptico-Arabicum (Champollion II, 361) praebet:

ϯⲁ̀ⲣⲁⲃⲓⲁ Albelqa
ⲫⲁⲣⲃⲁⲓⲧ Albelqa

Idem Vansleb p. 19: Belka, en Copte Barbait, ita ut aliquis Pharbaetum (= Balka) et Arabiam (= Balka) unam eandemque urbem esse coniciat. Quae S. Silviae verbis plane refutantur. Simili modo Ioannes Niciu urbes Balkâ et Kharbeta recte distinguit; quamobrem haec confusio seriorum errori adscribenda est.

708 *ἐπαρχία Αἰγύπτου* A] Aegyptus provincia post Hieroclis aetatem in duas ab Iustiniano imperatore partes divisa est, quarum mentionem facit in Notitia Novell. VIII (a. 535) *ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος Αἰγύπτου πρώτης* § 35. *ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος Αἰγύπτου δευτέρας* § 36. *τέως οὖν τὸν περίβλεπτον αὐγουστάλιον βουλόμεθα αὐτῆς τε Ἀλεξανδρείας ἄρχειν καὶ ἁπάντων τῶν κατ' αὐτὴν φροντίζειν, καὶ πρός γε δύο Αἰγύπτων καὶ μόνων.* edict. XIII cp. I.

709. 710 *Ἀλεξάνδρεια ὑπὸ δοῦκα καὶ αὐγουστάλιον*] Iustinianus edicto XIII cp. I § 1 viro spectabili augustali etiam ius magistratus militaris dedit: *τὸν περίβλεπτον αὐγουστάλιον διὰ τὸ τῆς εἰρημένης μεγίστης πόλεως πολυάνθρωπον ἔχειν τὰ δίκαια καὶ τῆς στρατιωτικῆς ἀρχῆς, οὐ διῃρημένου τοῦ πράγματος, οὐδὲ εἰς ἄρχοντας δύο καθεστῶτος, — τοῦτο γὰρ ἡγούμεθα τῷ παντὶ*

οὐ συμφέρειν — ἀλλ' ὥστε ἕνα μὲν ἄνδρα προεστάναι τοῦ εἰρημένου θρόνου, ἔχειν δὲ ἐξουσίαν κατὰ πάντων τῶν ἐκεῖσε στρατιωτῶν, τῶν ἱδρυμένων εἴτε ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἀλεξανδρέων μεγάλης πόλεως, εἴτε ἐπὶ τῶν δύο Αἰγύπτων, καθάπερ εἴρηται. cfr. cp. II: *ἔστι δὲ αὐτῷ ἡ τάξις ἥ τε αὐγουσταλιανή, ναὶ μὴν καὶ ἡ δουκικὴ ἄχρι μέντοι ἑξακοσίων, οὐχ ὥστε ἰδίᾳ μὲν εἶναι τοὺς δουκικούς, ἰδίᾳ δὲ τοὺς αὐγουσταλιανούς, ἀλλ' ὥστε μίαν γενέσθαι τάξιν καὶ κατάλογον ἕνα.*

712 *Μίλλεος*] Glossarium Coptico-Arabicum I (Champollion II, 359) habet:

ⲙⲉⲗⲁϫ Messil-oua-houa-Fouah

Cum nomen urbis notissimae Fûa[1]) copticum ϬⲞⲨⲀ (gloss. IV, Champollion II, 372) sit, recte fortasse Champollion coniecit, ⲙⲉⲗⲁϫ Massil non eo loco quo nunc Fûa situm fuisse, sed esse urbem vicinam, Damaliǵ vel Maliǵ appellatam. (Champollion II, 240.) Nomen Graecum *Μέτηλις* saepe commemoratur. (cfr. Steph. s. v.; Ptolem. IV, 5, 47; Plin. HN V, 9, 49; R. A. 123, 15; Mansi IV, 1128; 1165; 1220 etc.; nummi Mionnet VI p. 538.) Georgius vero *Μίλλεος* et Hierocles 724, 3 *Μελέτης* praebent, quo loco invitis libris Holstenius et Parthey *Μέτηλις* scribunt. Sed formae *Μελέτη* et *Μίλλεος* altera alteram tuentur, accuratissime Aegyptiacae vocis sonum reddentes. Tab. Peut. habet Melcati (l. Melati = ⲙⲉⲗⲁϫ).

713 *Κόστος*] Chostes R. A. 125, 18. „fortasse *Κόστος* Notitiae episc." Parthey.

714 *Ψάνεως κώμη*] a Partheyo non recte cum Psannace R. A. 129, 2 componitur; nam cum antecedat 128, 18 Atrivi, Psanuace est: *Ψενακώ, κώμη τοῦ Ἀθριβίτου νομοῦ.* Steph. s. v. Psaneos vero vicus Aegypti I provinciae est.

715 *Κοπρίδεως κώμη*] prope Alexandriam. *καὶ ὁ ποταμὸς*

1) Fuva, appellé en Langue Grecque Metelis, et dans les Dictionnaires Coptes Messíl. Vansleb, Relation p. 171.

eam appellant. Ioannes per misericordiam Dei ep. Iustinianopolitanae metropolis a. 550 Mansi IX, 276. Aetherius misericordia Dei ep. Anazarbensium sive Iustinianopolitanorum metropoleos a. 553 Mansi IX, 391. Antiquum nomen retinet Hierocles 705, 2. Novum, Iustiniano defuncto, iterum abolevisse videtur. cfr. Ioann. Mosch. pr. spir. 51. *Ἀναζαρβὸς μητρόπολίς ἐστιν δευτέρας Κιλικίας.* — *Στέφανος* . . *ἐπ. τῆς Ἀναζαρβέων μητροπόλεως τῆς δευτέρας τῶν Κιλίκων ἐπαρχίας* a. 680 Mansi XI, 672. cfr. XI, 989 etc.

819 *Μομψουεστία*] Momsuestia R. A. 93, 4. Mompsistea Tab. Peut. Mansista Itin. Burdig. 580, 4. Et Ptolemaeus V, 7, 7 variam lectionem *Μομψουεστία* praebet Wilberg p. 345. *Μομψουεστίαν* ubique Theophanis et Georgii Monachi libri scripti exhibent. de Boor Theophanes II p. 673 s. v. *Μομψουεστία.* Masista Theodosius p. 30. Macedonius Manxiston a. 325 Mansi II, 699. Olympius Momsuestias a. 381 Mansi III, 569. Thomas ep. Mompsuestiae (ita Corb. Mampsuestio Paris.) a. 445 Mansi VII, 218. *Θεοδώρου τοῦ Μομψουεστίας* Cyrill. v. S. Sabae 72. Bassianus ep. Mompsuestias a. 451 Mansi VII, 740.

820 *Αἴγια*] vera nominis forma est *Αἰγαὶ* vel *Αἰγαῖαι* (*Αἰγέαι* Cassius Dio XLVII, 30, 1; Pausan. V, 21, 11; Hierocl. 705, 4. *Αἰγέων* Morelli p. 228. *ἐν Αἰγέαις πόλει* acta SS. Cosmae et Damiani I, 1; 4 = AA. SS. Sept. T. VII p. 469. Egea act. IV, 2 l. c. p. 475). Ioannes Moschus simili modo *Αἰγιάριος* scribit prat. spir. c. 86, sed paullo post recte *ἀπὸ Αἰγαιῶν.* in civitate Egia AA. SS. l. c. p. 473. Falso Le Quien II, 896 Paschasium Aegii (Mansi IX, 176; 393) Aegarum episcopum esse opinatur. Cum antecedant Megarorum et Opuntis praesules, eum Aegii urbis Achaiae provinciae antistitem esse censuerim. Cuius quidem urbis alius episcopus non commemoratur; sed Graecorum antistitum admodum rara fit mentio, velut Tegeae unus Ophelimus, Tanagrorum praeter Hesychium nullus inveniuntur.

824. 825 *Ἀλεξάνδρεια Καβισσός*] mansio Alexandria Scabiosa Itin. Burdig. 580, 8. Theodosius p. 30. *Ἀλεξάνδρειαν τὴν Καβίωσαν* Chron. Pasch. 321, 11. Alexandriam qui cabiosum Barb. Scalig. Euseb. ed. Schoene I App. p. 210. *Ἀλεξάνδρειαν τὴν Καμβύσου* Malalas II p. 113 ed. Ox. Alexandria cata Ison. R. A. 358, 9. Alexandria catisson Tab. Peut. *Ἀλεξάνδρεια ἡ κατὰ Ἰσσόν* Ptolem. V, 14 (15) 2. Hesychius Alexandriae minoris a. 325 Mansi II, 694. *Ἀλεξανδρείας μικρᾶς* Morelli p. 228 ⲁⲃⲓⲟⲥⲟ . . . Zoëga p. 245.

835 *Ἡλίου Σεβαστή*] *Ἰουλιοσεβαστή* Hierocl. 709, 4. Epistolae episcoporum Isauriae Leoni imperatori datae subscribit Sebastianus ep. Sebastiae Mansi VII, 563.

840 *Ὀλύα*] = *Ὄλβα*, *Ὄλβη*.

847 *Ζηνωνόπολις*] *Ζινόπολις* B. Gennadio reverendissimo ep. Zenopolitano a. 553 Mansi IX, 176. civitatis Pamphiliae provinciae IX, 393. *Εὐλάλιος ἐλέῳ θεοῦ ἐπ. Ζηνωνοπόλεως Ἰσαυρίας* a. 680 Mansi XI, 680. *Μάρκος ἐλάχιστος ἐπ. Ζηνοπόλεως τῆς Ἰσαύρων ἐπαρχ.* a. 692 Mansi XI, 1000. *Ζηνούπολις τετάρτη τῆς Δεκαπόλεως*, Constantin. Porphyr. de Themat. I, 13. Zinonopolis (v. l. Synopoli) Itin. Hieros. p. 335.

848 *Σβίδη*] *Σβήδη* B. *Ζεέδη* Hierocl. 710, 7. *ὁ Σβήδων* Not. X, 802. *ὁ Συνήδων* III, 745. *ὁ σβήδων* Parisinus 1356. *ὁ σβηδῶν* Coislinianus 209. *Κόνωνος Βίδης* in actis Chalcedonensibus (Mansi VII, 166) vetus mendum pro ΚΟΝΩΝΟϹ ϹΒΙΔΗϹ est; Divionensis Baluzii habet: Isbidae, Corbeiensis: Ysidae, Parisinus Bidis. — Sbidi. Itin. Hier. p. 335. *εἴς τε Σβίδην* Theophan. 120, 31.

852 *Δομετιούπολις*] *Δομιτιόπολις* Ptolem. V, 7, 5 est urbs mediterranea. *Δομετιούπολις τρίτη τῆς Δεκαπόλεως* Constant. de Themat. I, 13. *ὁ Δομιτιουπόλεως* Not. III, 742. (*ὁ δομετ.* Coislinianus 206.) *Ἀντωνίου Δομετιουπόλεως* a. 451 Mansi VII, 165. Orentio ep. Domitiopolis Mansi VII, 563. Petro reverendissimo ep. Domitiopolitano a. 553 Mansi IX, 177. 394.

Κοσμᾶς ἐλέῳ θεοῦ ἐπ. Δομετιοπόλεως a. 692 Mansi XI, 1000.

853 *Λαυζαδέαι*] *Λαύζαδος* Hierocl. 710, 9. *Λαύζαδος ἐνάτη τῆς Δεκαπόλεως* Constant. de Them. I, 13.

854 *τὰ δ' κλίματα*] omittuntur ab Hierocle.

855 *Βαναύων*] *Μαναύων* B. fortasse Monabae cuius mentionem facit Stephanus Byz. s. v. *Μοναβαί, πόλις Ἰσαυρίας. Καπίτων ἐν Ἰσαυρικοῖς.*

857 *Κοστράδος*] scriptorum vetustissimus qui Cotradorum urbis meminit, est Capito Lycius. *Κότραδις, πόλις Ἰσαυρίας, Καπίτων Ἰσαυρικῶν πρώτῳ* Steph. s. v. Ex Georgii autem notitia colligere licet vergente p. Chr. n. VI saeculo Cotrada civitatis iura nondum accepisse, sed in veteri pagi statu permansisse. „Cotradorum nullus mihi occurrit episcopus ante sextam synodum generalem" (= 680). Le Quien II, 1031. Aetate Iustinianea vel postiustinianea episcopatus Cotradensis erectus praesulque, qui inter Isauricos episcopos, Seleuciae metropolitae subditos, nusquam occurrit, e vestigio inter autocephalos receptus esse videtur. Exinde frequens eius memoria et in notitiis ecclesiasticis et in actis conciliorum.

874 *Κύρος*] urbs *Κύρρος* a serioris aetatis scriptoribus *Κύρος* vel *Κῦρος*[1]) scripta invenitur. Ptolemaei (V, 14, 13) codex Parisinus 1401 ad vocem *Κύρρος* addit: *ἢ Κύρος. — Δημήτριος δὲ ὁ Ἀντιγόνου τὸ Κυρήστης διὰ τοῦ η φησὶ καὶ καθ' ὕ⟨φεσιν τοῦ ἑνὸς ρ?⟩* add. Meineke Stephan. s. v. *Κύρρος*, ubi Rhedigeranus liber *Κυρέστης, Κυρεστίς, Κυρεστική* praebet. Qui scribendi mos ita invaluit, ut urbis conditorem Cyrum Persarum regem allucinati sint. *ἦν δέ τι ἐπὶ Συρίας κομιδῇ ἀπημελημένον πολίχνιον, Κῦρος ὄνομα, ὅπερ Ἰουδαῖοι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐδείμαντο .... παρὰ Κύρου δὲ βασιλέως ἀφειμένοι πολλῷ ὕστερον· διὸ δὴ*

---

1) **ⲥⲓⲣⲓⲕⲟⲥ ϩⲛ ⲕⲩⲡⲣⲟⲥ** Zoëga p. 244, *Συρίκιος Κύπρου* Morelli p. 227 vetus mendum pro *Κύρρου* est.

καὶ Κῦρον τὸ χωρίον ἐκάλεσαν, ταῦτα τῷ εὐεργέτῃ ἐκτίνοντες χαριστήρια. Procop. de aedif. II, 11. Operum Theodoreti editiones *Κύρρος* ep. 113, 114, 115, 138 et *Κῦρος* hist. eccl. V, 4; histor. relig. 2; 24 praebent. Actis Chalcedonensibus (Mansi VII, 145) subscribit: *Θεοδώρητος ἐπ. Κύρου.* (Rustici recensio VII, 741: Theodoritus ep. Cyri.) *Θεοδώρητος Κύρου* Mansi IV, 1269. cfr. V, 768. *Κύρος* Hierocl. 713, 1; C. I. G. 8610 (titulus intra a. 374 et 378 conceptus); Euagr. I, 10; Mansi IX, 348; Malalas II p. 405 ed. Ox. Theophan. 29, 16; Euseb. ed. Schoene I App. 82, 46; Parthey Not. V, 66. — in provincia Eufratense sub civitate Cyro. Lib. Pontif. Silvester 20. Oppidum nomen Hagiopolis a Sanctis Cosma et Damiano (cfr. Procop. l. c. et Synodic. adv. Irenaei tragoed. ep. 133. Mansi V, 912) accepisse conicit Le Quien II, 930. Epistulae orientalium episcoporum ad Agapetum datae subscribit *Συμεώνης διάκονος καὶ ἀποκρισιάριος τῆς κατὰ Ἁγιόπολιν ἁγίας ἐκκλησίας* Mansi VIII, 919. Antecedunt apocrisiarii Amidenus et Emisenus, sequuntur Phoeniciarum urbium.

877 *Ζεῦμα*] pravam formam tuentur scriptorum nonnulla testimonia. Zeuma praebent libri It. Ant. omnes 184, 1 (praeter D); 185, 1 (praeter P); 189, 2; 190, 2 (praeter DP); 191, 2 (praeter D). Et Ammiani libri XVIII, 8, 1 Zeuma exhibent. Auctor Tab. Peut. viae quae Hierapoli Zeugma fert adscribit: „ab Hierapoli Zeuma", sed oppidum ipsum Zeugma appellat. Antonius ep. a Zeumate Mansi III, 138. Zeuma Itin. Hieros. p. 333. cfr. Wessel. ad It. Ant. p. 185.

878 *Πέρρη*] Perre It. Ant. 210, 3; 215, 10; Perre Tab. Peut. *Πέρρη* Hierocl. 713, 6. Perri Itin. Hieros. p. 333. Quare in fines Edessenorum et Samosatenorum et Perraeorum atque Melitenensium divisi sunt. Ioann. Eph. de beat. Or. c. 37. *Ἰοβίνῳ ἐπ. Πέρρης* Le Quien II, 943; *Ἀθανάσιος ἐπ. Πέρρης* Mansi VII, 145. cfr. 317, 320, 324, 325 etc. *Σαβινιανὸς ἐπίσκοπος* Mansi VII, 314 sq. ecclesiae Parensium redditus est Savi-

nianus episcopus. Liberati breviar. XIII ubi recte Wesselingius „Perrhensium" emendavit. S. Gamalinus (Gamlînô) ep. Perrhorum (Parîn)[1]) Assemani B. O. I p. 410. Eustathius ep. Perres a 518. Assemani B. O. diss. de Monoph. s. v. Perrhi. Wright cat. Mus. Brit. p. 970. Michael Magnus p. 177 Langlois. Eadem urbs et Persa appellatur. Steph. s. v. *Πέρσα, πόλις, θηλυκῶς, παρὰ τῷ Εὐφράτῃ καὶ Σαμοσάτοις. τὰ ἐθνικὸν Περσαῖος. δυνατὸν δὲ καὶ Περσηνὴν εἰπεῖν.* Rectissime eiusdem urbis episcopum Ioannem Persidis a. 325 (Mansi II, 699 *Ἰωάννης Περσίδος* Morelli p. 228) esse censet Pitra (Spicilegium Solesm. I p. 533 ff.) qui in indice coptico (Zoëga p. 245) quintus Mesopotamiae provinciae praesul enumeratur: **ιωαννης ϩⲙ περсιnοс** (= *Περσηνῆς*). Nomen librarios in errorem induxit ita ut „provinciae Persidis" ridicule inscriberent. Ceterum errat Stephanus Euphrati urbem adiacere affirmans; intervallo enim haud mediocri ab eo distat. Situm detexerunt O. Puchstein et K. Humann; est vicus hodie Pirûn appellatus prope Adijamân situs. Humann et Puchstein, Reise p. 124, 193, 401. „cf. Bezold, Schatzhöhle p. 37. Eutych. annal. I, 73." G. H.

879 *Εὔρωπος*] nunc Garâbîs Hoffmann: Auszüge aus Akten pers. Märt. p. 161 sq. Sachau: Reise in Syrien und Mesopotamien p. 168 sq.

880 *Νικόπολις*] item a Nicopoli Edissa mpm. CXXXVII It. Ant. 190, 6. *Νικόπολις* Hier. 713, 7. Nicopolin prope Mopsuhestiam sitam commemorant Strabo XIV p. 676 C et Ptolem. V, 7 (8), 7 quam Wesselingius (cfr. ad It. Ant. 791, ad Hierocl. p. 713) eandem esse recte coniecit. Nicopolin urbem, quam Iosua Stylites in chronico (cp. 34) et chronicon Edessenum ad a. 810 (76) terrae motu dirutam esse tradunt, idem

1) cfr. Pharis (P'RIS) coenobium in regione Ḥesn Manṣûr. Barhebr. hist. eccl. I, 438.

vir doctus Euphratensis provinciae oppidum esse censet. Sed cum episcopus commemoretur, neque inter Hierapolitani praesulis suffraganeos Nicopolitanus recenseatur (cfr. Itin. Hier. p. 333) Martin et Wright, Assemanium secuti, Palaestinensem urbem sine dubio recte intellegunt; nunc Nîbolî (Islâhîje).

881 *Σκηναρχία*] *Σκεναρχαῖα* Hierocl. 713, 8. Wesselingius *Σκηνὴ ἀρχαῖα*, I. Bekker *Σκηναρχαῖα* scribunt.

882 *Καισάρεια*] = *ἡ Νεοκαισάρεια τῆς Εὐφρατησίας.* — *καὶ πολίσματα δὲ καὶ φρούρια πάντα ἐν ἐσχατιαῖς τῶν Εὐφρατησίας ὁρίων ὄντα τῆς ὁμοίας ἐπιμελείας ἠξίωσε, Βαρβαλισσοῦ τε καὶ Νεοκαισαρείας καὶ τοῦ Γαβούλων καλουμένου καὶ τῆς πρὸς τῷ Εὐφράτῃ Πεντακωμίας καὶ τοῦ Εὐρώπου, ἔτι μέντοι τοῦ καλουμένου Ἡμερίου κτλ.* Procop. de aedif. II, 9. Paulus Neocaesariae a. 325 Mansi II, 698. *Παῦλος Νεοκαισαρείας* Morelli p. 227. **ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ϩⲛ ⲛⲉⲟⲕⲁⲓⲥⲁⲣⲓⲁ** Zoëga p. 244. Paulus Neocaesariensis (Provinciae Syriae Coeles) a. 341 Mansi II, 1308. *Μελέτιος Νεοκαισαρείας* a. 431 Mansi IV, 1269; 1472; V, 776. *Πατρίκιος ἐπ. Νεοκαισαρείας* a. 451 Mansi VII, 141. (Neocaesareae Augustae provinciae Euphratesiae VII, 712.) Ioannes .. ep. Neocaesareae Euphratesiae a. 553 Mansi IX, 393. Notissimus est Stylianus, archepiscopus Neocaesariensis, Ignatianorum princeps. Neocesarea Itin. Hier. p. 333. Caesarea habet et Synodicum adversus tragoediam Irenaei: Meletius ep. Caesareae Augustae Euphratesiae Mansi V, 768. Acta SS. Sergii et Bacchi, quae sub Symeonis Metaphrastae nomine feruntur, exilii Neocaesariensis nullam faciunt mentionem.

883 *Σεργιούπολις*] *Ῥησάφα* Ptolem. V, 14 (15), 24. Risapa Tab. Peut. Risapha R. A. 89, 1. Rosafa Not. Dign. Or. XXXIII, 27. Rosapha 5. *Ῥωσαφών* Mart. SS. Sergii et Bacchi (Migne CXV p. 1005 sq.) 16; 19; 20. *ἔστι δέ τις νεὼς Σεργίῳ ἀνειμένος ἐν τῇ Εὐφρατησίᾳ ἐπιφανεῖ ἁγίῳ, ὃν δὴ σέβοντές τε καὶ τεθηπότες οἱ πάλαι*

ἄνθρωποι Σεργιούπολίν τε ἐπωνόμασαν τὸ χωρίον καὶ τειχίσματι βραχυτάτῳ περιβεβλήκασιν. Procop. de aedif. II, 9. *ἐς Σεργιούπολιν τὴν Ῥωμαίων κατήκοον, ἣ Σεργίου ἐπιφανοῦς ἁγίου ἐπώνυμός ἐστι.* Procop. de bell. Pers. II, 5 cfr. II, 20. *κατὰ τὴν Σεργιουπολιτῶν* Euagr. IV, 28. cfr. Assemani B. O. I p. 117. *εἰς τὸν ἅγιον Σέργιον εἰς τὸ <Ρη>σαφᾶς.* Ioann. Mosch. pr. spir. 180. (Coteler. eccl. gr. mon. II, 437.) Episcopum Sergiopoli Ioannes Antiochenus invito Alexandro Hierapolitano praesule instituit: Pervasit vero et martyrium sancti et boni victoris Sergii martyris, quod sub Hierapolitana erat ecclesia, et noviter illic contra morem ordinavit episcopum. Mansi V, 915. Nonne martyris ecclesiam a me abstulit, in quam fere trecentas auri libras expendimus et ecclesiam sub debito fecimus? V, 943. *Μαριανοῦ Ῥοσαφᾶς* Mansi VII, 325. *Κάνδιδος δὲ ὁ Σεργιουπόλεως ἱερεύς* Procop. de bell. Pers. II, 20. Iustiniani aetate Sergiopolis metropolis quinque (Euseb. Schoene I App. p. 82, 39) vel quatuor (Itin. Hier. p. 336) episcopatuum facta est. Abrahamus (l. Abraamius) misericordia Dei ep. Sergiopoleos metropolitanae civitatis a. 553 Mansi IX, 390. Ritter Erdkunde X, 1087 ff.

884 *Ὀρίμων*] *Οὔριμα* Ptolem. V, 14 (15), 14. *Σύριμα* Hierocl. 713, 10. quod Wesselingius in *Οὔριμα* emendavit. Orimon Itin. Hier. p. 333. Assemani B. O. I, 561; II, 75. *Ἀβράμιος Οὐρίμων* a. 363 Socrates III, 25. *Μάρα Οὐρίμων* a. 445 Mansi VII, 325. *Μαρᾶ πόλεως Ὠριμῶν* (lat. Orimorum, de Orimo) a. 451 Mansi VII, 169, 170. N. h. Silvanus ep. Urimorum ('WRM) tempore Severi patriarchae. Wright cat. Mus. Brit. p. 970. Onésime de Zeugma et d' Urema (?) a. 518 Michael Magnus p. 177 Langlois. David ep. Urimae castri ('WRM ḲSṬR') a. 845 Assemani B. O. I, 172 = Wright cat. Mus. Brit. p. 427 sq. Ouremn. Matthaeus Edess. cp. 209 Dulaurier. Horum Kalʿesi, Kiepert.

885 *Σάντων*] incognitum.

889 *Βαλανέαι*] *Βαλανέα* Hier. 712, 7. oppidum una cum Palto et Carne Aradiorum regioni maritimae (*τῇ Ἀραδίων παραλίᾳ*) attribuitur a Strabone XVI p. 753 C. qui *Βαλαναία* scribit. Balanea Plinius V, 20, 79. *Βαλανέαι* Ptol. V, 14 (15), 3. Steph. s. v. *Βαλανέαι, πόλις Φοινίκης ἡ νῦν Λευκάς.* Inter Paltum et Antaradum Tab. Peut. habet Balneis; Balanea It. Ant. 148, 2 inter Gabalam et Antaradum; Balaneis inter „Palthon" et „Anthalarada" R. A. 88, 2; civitas Balaneas Itiner. Burdig. 582, 7. *τὴν Βαλαάμαν* Nilus Doxap. 97. Valanea Itin. Hieros. p. 333. Euphration Balanensis a. 325 Mansi II, 698. *Τιμοθέου Βαλανέων* a. 449 Mansi VI, 609. *Βαλαναίων* a. 451 Mansi VII, 144. *Θεόδωρος .. ἐπ. τῆς ὑμετέρας Βαλανεωτῶν* a. 536 Mansi VIII, 983. Stephanus . . Balaneotanorum a. 553 Mansi IX, 393. nunc Bânias. Ritter Erdkunde XVII, 886 sq.

894 *Κωνστάντεια*] *τούτῳ τῷ ἔτει* (a. M. 5832 = 340) *Κωνστάντιος . . . κτίζει καὶ Κωνσταντίαν, τὴν πρώην Ἀντωνίου πόλιν* (Antoninupolim Amm. Marc. XVIII, 9, 1) *λεγομένην, ἐπονομάσας αὐτὴν ἑαυτῷ, διεστῶσαν Ἀμίδης σταδίους ψʹ κατὰ μεσημβρίαν.* Theophan. 36, 10. a. 661 aedificavit etiam Constantius Telam urbem quae olim Antipolis dicebatur. Chron. Edess. c. 20. *Κωνσταντίνης πόλεως ἀφικνοῦνται πλησίον τοῦ Δάρας ἀφεστώσης ἐς δυόμενον ἥλιον σταδίοις ἐννενήκοντα καὶ τετρακοσίοις.* Ioann. Epiphan. 5. C. Müller F. H. G. IV, 276. *ἐν Κωνσταντίνῃ, σταδίοις φζʹ κατὰ δύσιν ἀφεστώσης Νισίβης.* Theoph. 145, 1. Constantinopolis minor quae civitas paulo ante Tella de Mauzelat vocabatur. Pseudo-Ioannis: vita Iacobi Baradaei p. 204 Land. Veram nominis formam, quam Georgius exhibet, retinent Hierocles 714, 2. *Κωνσταντία* et Theophanes 36, 11 (Vatic. 154 *Κωνσταντίναν*); 145, 14; 260, 18; 340, 23. (*Κωνσταντίνη* 134, 3; 145, 1, 292, 10.) Constantia Itin. Hieros. p. 332. Usitatior forma est *Κωνσταντῖνα* Steph. s. v. *Νικηφόριον* (libri *Κωνσταντίνα*), Procop. de aedif. II, 6. de bell. Pers. I, 8;

I, 22; II, 13; *Κωνσταντινέων* II, 13 in editionibus, sed Photius Bibl. 25, 12 *Κωνσταντιαίους*; Theophylactus Simocatta ubique formam „*Κωνσταντῖνα*" (Vatic. *Κωνσταντίνα*) praebet. *Κωνσταντίνα* Menandri prot. fr. 46. F. H. G. IV p. 248. *Κωνσταντίνη* fr. 60 p. 263. *Κωνσταντίνα* Malalas II p. 10 ed. Ox. (Dindorf corr. *Κωνσταντῖνα*). Constantina Amm. Marc. XVIII, 7, 9. *Σωφρονίου Κωνσταντίνης* a. 445 Mansi VII, 325, 332. Constantiae Corb. Divionens. et veteres editt. p. 325 et libri omnes praeter Corbeiensem p. 331. *Κωνσταντίνης* a. 451 Mansi VII, 141 (et Rusticus: civitatis Constantinae VII, 712). *Σωφρονίου τοῦ Κωνσταντιναίων ἐπισκοπήσαντος* Euagr. I, 10. Constantinopolis Dionys. Telmahr. ad a. 331 Assemani B. O. I, 395, 4. Pseudo-Ioannes l. c.; Constantinopolitanus (interpretis Latini errore) Mansi VII, 403. cfr. Wesseling. ad Hierocl. 714; Ritter Erdkunde XI, 370 sq. Wright ad Iosuam Styl. XXXVIII p. 27 N. §. Nunc Vîrânšehr Humann et Puchstein, Reisen p. 402.

895 *Θεοδοσιούπολις*] Wessel. ad Hierocl. p. 714. Ritter Erdkunde XI, 375 sq.

899 *Νέα Οὐαλεντία*] *Νέα Βαλεντία* Hierocl. 714, 6. Evadius ep. Nalentiae a. 431 Mansi V, 768. Evagrius ep. Balentiae V, 776. Notitia Antiochensis episcopatum Valentini (v. l. Valentium Itin. Hieros. p. 336), sed inter Amidae suffraganeos recenset.

900 *Βίρθων*] *Βίρθα* Hierocl. 715, 2. Bîrtâ ḳastrâ ad Euphratis ripam sita Iosua Styl. XCI p. 71 cfr. Wright l. c. qui oppidum esse censet quod nunc Bîr sive Biredschik appellatur. Wesselingius contra Bintha (Not. Dign. Or. XXXV, 28) dubitans contulit, cui astipulatur Boecking p. 403. Prorsus aliter de castelli situ iudicant Ritter Erdkunde X, 975 sq. et Kiepert. Not. Antioch. formam Virchi ex *Βίρθη* ortam praebet; ep. Birthorum primus Edesseni praesulis suffraganeus est Itin. Hieros. p. 332.

900. 902 *Μονιθίλλα*, *Θηριμάχων*, *Μονιαύγα*] quae castra

alibi commemorata non inveni. Theodosiopolis urbis regionem permultis castris Iustinianus imperator munivit. cfr. Procop. de aedif. II, 6: *τρόπῳ δὲ τῷ αὐτῷ καὶ τὰ φρούρια, ὅσα δὴ ἀμφὶ πόλιν Θεοδοσιούπολιν κεῖται, ... τὸ παράπαν ἀπρόσβατα τοῖς ἐπιοῦσιν εἰργάσατο· τό τε Μαγδαλαθὼν σὺν ἑτέροιν δυοῖν, ἅπερ αὐτοῦ ἑκατέρωθεν τυγχάνει ὄντα, καὶ Θαννούριος δύο μικρόν τε καὶ μέγα, καὶ Βισμιδέων καὶ Θήμερες, ἔτι δὲ Βιδάμας καὶ Δανσαρὼν καὶ Θιόλλα, Φίλας τε καὶ Ζαμαρθὰς καὶ τὰ λοιπὰ ὡς εἰπεῖν ἅπαντα.* „*Θηριμάχων* fortasse scribendum est *Θηλιμάχρων*? Tell Mahre, vicus ad Belîh fluvium situs. Iâkût etc. = *Θήμερες* Procopii?“ G. H.

903 *Μάκαρτα*] Macharta Tab. Peut. in via quae a Resaina Nisibin versus fert. Manacarta R. A. 79, 13. cfr. Th. Noeldeke ZDMG. XXXIII, 144 N. 4.

904 *Μαρκούπολις*] *Κῦρος Μαρκουπόλεως* a. 431 Mansi IV, 1269; V, 776; 797. *Καϊουμᾶς ἐπ. Μαρκουπόλεως* Chalcedone subscribit inter praesules Osroënes (sequuntur Carrarum et Circesii antistites) Mansi VII, 148. VI, 572; 944.

906 *Ἡμέριος*] nominis forma in conciliorum actis *Ἱμερία*, Himeria est. (sed v. l. Emmarias Mansi III, 569; Semarias, Etmarias VI, 1177, ita ut etiam actorum genuina forma Hemeria sit.) Oppidum prope Euphraten fluvium et Europum urbem situm fuisse videtur. cfr. Procop. de aedif. II, 9 (*τῆς πρὸς Εὐφράτῃ τῷ ποταμῷ Πεντακωμίας καὶ τοῦ Εὐρώπου, ἔτι μέντοι καὶ τοῦ καλουμένου Ἡμερίου τὰ τείχη εὑρὼν πῇ μὲν παρέργως τε καὶ ἐπὶ σφαλερᾶς τῆς οἰκοδομίας γεγενημένα κτλ.*). Procopius errat, qui inter Euphratensis provinciae castella Hemerium recenset. Et Mesopotamiae prave adiudicant acta concilii II. (Mansi III, 569.) Recte inter Osroënes sedes episcopales septimo loco „Ymeria“ ab auctore notitiae Antiochensis (Itin. Hier. p. 332) recensetur et in actis latrocinii Ephesini Himeria Osroënes urbs esse dicitur. *Οὐρα-*

νίου Ἱμερίας ἐπαρχίας Ὀσδροήνης Mansi VI, 609; Syri hominis, Graecae linguae ignari, verba interpretatur Eulogius Edessenus, eiusdem provinciae presbyter: *Οὐράνιος ἐπ. Ἱμερίας ἐπαρχίας Ὀσροηνῶν ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Εὐλογίου πρεσβυτέρου Ἐδέσσης. Εὐσταθίῳ Ἱμέρων* Basil. ep. 30. Iobianus Himeriensis a. 381 Mansi III, 569. *Αὐσόνιος Ἱμερίας* a. 431. IV, 1269. Himeriae V, 776. Uranius autem Himerorum in synodo Antiochena a. 445 (Mansi VII, 326) mendosus est; Graecus enim contextus *Οὐρᾶς* et Baluzii veteres libri Berae, Vaerae, Urae exhibent. Simile mendum occurrit in actis Chalcedonensibus: Uranius ep. Himerorum Mansi VII, 147, Graeca versio *Ἰβώρων*, Baluzii libri: Yberorum, Hiberorum, Ebororum; quam lectionem rectam esse eo probatur quod antecedunt Helenoponti, sequuntur Armeniae II praesules. *Μάνος Ἡμερίας* Theophan. 134, 3. De Ioanne Ammoriae vel Amurin 518 a Iustino imperatore sede pulso cfr. Assemani B. O. diss. de Monophys. et s. v. Himeria. (Emrin Michaël Magnus p. 177 Langlois.) Sergius . . . ep. Himereos a. 553 Mansi IX, 393.

909 *ἐπαρχία Μεσοποταμίας ἄνω ἤτοι Δ̅ Ἀρμενίας*] de Mesopotamiae superioris et Armeniae IV fatis fusius exposui in praefatione p. XLVI sq.

913 *κάστρον Ῥισκηφᾶς*] Magnum castrorum numerum Procopius recenset quae a Sisaurana et Dara urbibus usque ad Amidam pertinent, de aedif. II, 4: *καὶ τὰ ἄλλα δὲ φρούρια πάντα ἐν ὄρει κείμενα, ἅπερ ἐνθένδε τε καὶ ἐκ Δάρας πόλεως ἄχρι ἐς Ἄμιδαν διήκειν ξυμβαίνει, τό τε Κίφας καὶ Σαυρὰς καὶ Σμάργδις τε καὶ Λούρνη τό τε Ἱεριφθὸν καὶ Ἀταχὰς καὶ Σίφριός τε καὶ Ῥιπάλθας καὶ Βανασυμέων, ἔτι μέντοι καὶ Σίνας καὶ Ῥάσιος καὶ Δαβανὰς καὶ ὅσα ἄλλα ἐνταῦθα ἐκ παλαιοῦ ἐστι.* Desiderantur in indice Georgiano non modo castra compluria a Procopio commemorata, sed et alia eaque notissima velut Monocarta, Maurorum castrum, Sisaurana, Thebeta etc. Contra plurima

enumerat castra quorum mentionem apud Graecos Syros Armenios scriptores frustra quaesivi. Accedit quod Georgius nomina tantum recenset ita ut cum et ordo nonnumquam apud eum turbatus sit de situ castrorum minime edoceamur; et qui nomina tantum similia inter se componit, saepe vehementer errat. Dein consideres quae me vir harum rerum peritissimus Theodorus Noeldeke monet, qui dicit minime mirum esse quod magnus illorum castrorum numerus inveniri non potest. Scriptores enim Syri copiose et diligenter de superiore Mesopotamia non egerunt; nonnulli eorum multis saeculis post Mauricium imperatorem et Georgium Cyprium floruerunt. Si quondam Mesopotamiae tabulas geographicas accipiemus eadem subtilitate doctrinaque exaratas, quales Palaestinae provinciae habere nos gaudemus, tum fieri poterit, ut nonnulla illorum obscurorum nominum feliciter explicentur. Saepe etiam nomina Syria antiqua mutata et imprimis a Curdis foede corrupta sunt, ita ut de multis castris in praesentiarum omnino desperandum sit. — Nomen regionis illius montuosae tot castris munitae omittitur a Procopio. Est Izala mons (Ammian. Marc. XVIII, 6, 12; XIX, 9, 4) cuius et castrorum circumiacentium crebra apud Theophylactum Simocattam mentio. In summam apud Syros venit gloriam coenobiis nobilissimis, in monte Izala vel Izla conditis; inde postea regio nomen Ṭûr-ʿAbdîn accepit. G. Hoffmann, Syr. Akten persischer Märtyrer p. 167. A. Socin: Zur Geographie des Ṭūr-ʿAbdīn. ZDMG. XXXV p. 238. „Izala mons ea pars regionis Ṭûr-ʿAbdîn est quae a Mardin urbe ad Tigrim amnem porrigitur, excepto Qaradscha Dagh monte (*Ἀϊσουμᾶς* Graecorum)". G. H. Sed haec hactenus; iam ad singula accedamus. Riscepha castrum alibi non commemoratur. Barhebraeus in hist. eccles. p. 318 Iacobum episcopum Rîš Kîfå̊ (Rês Kêfâ = caput saxi, *Λιθοπρόσωπον*) Isaac novo orthodoxorum patriarchae

manum imposuisse refert. Idem p. 398 Basilium patriarcham in Moriba castro Rîš Kîfâ (Rêš Kêfâ) ordinatum esse dicit; unde vides Barhebraei Rîš Kîfâ non castellum, sed regionem esse. Idem me docet G. Hoffmann, qui dicit Barhebraei Rêš Kêfâ esse Râs Kîfâ Arabum: Beladsorî 175. Ibn Khordâdbeh 73, 11; Ibn alfakîh 5, 136, Iâkût s. v. etc., regio quam inter lineam a Ḥarrân et Srûg et alteram a Ḥarrân ad Arḍ albaiḍâ, versus Euphraten et Kalât en-Neǵm (Ǵisr Mambiǵ) ductam fere in Dîjâr Muḍar provincia ponit, ita ut regio Rêš Kêfâ non Mesopotamiae superiori, sed Osroënae addicenda sit. G. Hoffmann censet Riscepham esse *τὸ Κίφας* (Procop. *Νόης Κηφᾶς*, Cepha castelli Mansi VII, 147, 148; Ripha = Kipha Itin. Hier. p. 336 cfr. Assemani B. O. II diss. de Monophys. s. v. Chipha, III diss. de Nestorianis p. 736, 756, nunc Hasan Kêf castrum ad Tigrim fluvium situm); sed difficultatem praebere syllabam *ρισ* qua caret castrum illud notissimum. Contra in via quae a Midjâd oppido Mardîn versus fert, vicus Reshîka nomine occurrit quem cum castro Riscepha composuit E. Sachau: Die Lage von Tigranokerta p. 53.

914 *κάστρον Τουράνδιος*] ego scribendum censui *τοῦ Ῥάβδιος*. cfr. Procop. de aedif. II, 4: *ἐκ Δάρας πόλεως ἰόντι ἐς τὰ Περσῶν ἤδη χώρα τις ἐν ἀριστερᾷ ἐστιν ἀναμάξευτός τε καὶ ἄφιππος ὅλως, κατατείνουσα μὲν ἐς ἡμέραιν ὁδὸν δυοῖν εὐζώνῳ ἀνδρὶ μάλιστα, τελευτῶσα δὲ ἐς χῶρον σιμὸν καὶ ἀπόκρημον Ῥάβδιον ὄνομα· ταύτης δὲ τῆς ἐπὶ τὸ Ῥάβδιον φερούσης ὁδοῦ ἐφ' ἑκατέρᾳ τὰ Περσῶν ὅρια ἐπὶ μακρότατον ξυμβαίνει εἶναι .... τὸ μὲν οὖν Ῥάβδιον ἐπὶ πετρῶν οἰκεῖται ἀποτόμων τε καὶ ὅλως ἀγρίων, αἵπερ ἐνταῦθα ἐπανεστήκασι θαυμάσιον ὅσον.* Tribus miliaribus a Sisaurana oppido distat. Procop. l. c. Rhabdium castrum G. Hoffmann cum Rappûn vico componit qui ad septemtriones vici

Hâtim Tâi vergit. (Socin in ZDMG. XXXV, 260 n. 18.) Sed idem vir doctus quia articulus in hoc castrorum indice alibi non occurrit Rhabdium castrum a „Turandios" castello diversum esse censet; conicit dubitanter scribendum esse *Τουραύδιος* i. e. Ṭûr-ʿAbdîn quae monophysitarum sedes episcopalis fuit.

915 *κάστρον Μάρδης*] Procopius corrupte *Σμάργδις*. *τοῦ Μάρδιος* Theophyl. Sim. II, 2, 5; *τὸ Μάρδης* II, 3, 8; *τὸ Μάρδες* III, 11, 2; *τὸ Μάρδες . . . πόλεως δὲ Δάρας ἀφειστήκει τὸ φρούριον παρασάγγας τρεῖς* V, 3, 1. *ἔς τε φρούριον ἐν ὄρει κείμενον . . . Μάρδης ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων ὀνομαζόμενον.* Ioann. Epiph. frgm. 5 F. H. G. IV, 275 etc. Saepissime commemoratur ab auctoribus Syris. Est urbs notissima Mardîn. Ritter Erdkunde XI, 380 sq. Sachau: Tigranokerta p. 54.

916 *κάστρον Λόρνης*] *Λούρνης* Procop. l. c. Quod prope Mardîn situm esse testatur et Ammianus Marcellinus (XIX, 9, 4): ideo familiarem suum perquam fidum regionumque Mesopotamiae gnarum per Izalam montem inter castella praesidiaria duo *Maride* et *Lorne* introiturum Nisibin occulte dimisit. „castellum spectat ad orientem urbis Mardîn cui vicinum est neque multum a Dara urbe abest. cfr. Iurelom in tabula Moltke-Kiepert et quem praebet Hausknecht vicum Yurelom qui inter septemtriones et orientem solem castri Ḥorrên (= Horre) vergit —?" G. H.

917 *κάστρον ʿΡίφθον*] *ʿΙεριφθόν* Procop. l. c. verum apud Procopium scribendum esse *ʿΙδριφθὸν* censet G. Hoffmann; „nam a Syris appellatur ʾDRBT, Idribṯ Land Anecd. III, 256. Unde originem duxit Solomo (Šalmon) eunuchus qui Theophylacto teste (II, 3, 13) in vico *Σολάχων*, secundum Procopium (b. Vand. I, 11) prope Daram urbem natus est. *χωρίον Σολάχων* Salâḥ vicus est qui ad meridiem urbis Mardîn spectat. Sachau Reise in Syrien u. Mesop. p. 400, et in tabula II commentationis quae inscribitur: Über die Lage von Tigranokerta; Černik etc. Idriphthon-Idribt fortasse Ḳaṣr ibn

Melik Dâra est, castrum inter Ṣalâḥ et Dârâ situm; accedit quod castrum si Procopium sequimur vicinum Ἀταχὰς nomine idem esse videtur quod nunc incolae Melik Ḥâtek nuncupant. Sachau Reise 394; Socin ZDMG. XXXV, 263 n. 69: Hādaẖ; diversum est a Φαθαχών castro Theophylact. II, 9, 17 et ab Ἀτταχᾶς Hattâẖâ de quo vide ad v. 938." G. H.

918 κάστρον Ἴσφριον] Procopius scribit Σίφριος l. c. et de bell. Pers. I, 8, ubi accuratius de castelli situ disputat: ἐν χωρίῳ Σιφρίῳ ὅπερ Ἀμίδης πόλεως οὐχ ἧττον ἢ πεντήκοντα καὶ τριακοσίους σταδίους ἀπέχει. Syfrea castellum. Marcellin. comes ad a. 503. castrum Ašparîn (Ešprîn, Šifrîn) Iosua Styl. p. 46 Wright. Ioannes orthodoxorum patriarcha (740—754) quinque pagis ab Amidena dioecesi avulsis novam episcopalem sedem in castro Ašparîn constituit. Barhebr. hist. eccl. p. 309 „De situ castri quod prope Dêrek inter Mardîn et Tell Mauzan ad radices Qaradagh montis fuit, Wright ad Iosuae Styl. l. c. recte exposuit. cfr. Land Anecd. III, 211, 9: In propinquo iacebant Tell Ḳâṣrâ et Ṭšîtâ Payne Smith thes. 1532, porro τὸ Ῥιπάλθας (= Rubbut Taylori vel Robât vicus in transitu Qaradschadagh montis positus. v. Proc. de aed. II, 4.)" G. H.

919 κάστρον Τζαύρας] Σαυράς Procop. Ioannes Saurae (Ṣaurâ) ep. Barhebr. h. e. p. 834, 836. Assemani B. O. II diss. de Monophys. s. v. Saura et II p. 221, 228; nunc Ṣaur vicus inter Mardîn et Ḳyllith situs. Sachau Tigranokerta p. 54; Ṣōr Socin ZDMG. XXXV, 265.

921 κάστρον Ἀβάρμης] scrib. Ἀβάρνης. Sunt thermae Abarnes in Gumathena regione sitae. Gumathenam contingit regionem uberem et cultu iuxta fecundam, in qua vicus est Abarne nomine sospitalium aquarum lavacris calentibus notus. Ammian. Marc. XVIII, 9, 2. In the month of Îlûl (Sept. 499) there was a violent earthquake .... and, as some said, a marvellous sign was seen in the river Euphrates and at the hotspring

of Abarnê ('BRN') in that the water which flowed from their fountains was dried up this day. Iosua Styl. cp. XXXIV p. 24 (cum not. Wright.). a. 810 . . accidit praeterea ingens terrae motus et Balneum Iberorum ('BRI' leg. 'BRN' Wright l. c.) triduo aruit. Chronicon Edess. 76. Assemani B. O. II, 406. Tum in ea regione quae Altaris (Maḏbḥâ) vocatur ... in ultimis finibus Amidensibus in tractu contra [fontem] calidum Abarnes ('BRN') spectante. Ioann. Ephes. de beatis Orient. c. 36 p. 210. Kiepert l. c. p. 199, 2. hodie Tschermîk. Verum G. Hoffmann scribit parum probabilitatis habere vocem Abarmen ex Abarne corruptam, quia alia Gumathenes regionis castra in indice non occurrunt. Sed Gumathenen regionem provinciae Mesopotamiae superioris partem fuisse certo certius est; nec offendit ordo geographicus in indice turbatus; nam et alibi tales errores sat multos in Georgii libro animadvertimus.

924 *κάστρον Βαναβήλων*] Benâbêl castrum. Ioannes Mardae episcopus praeter magnum aliorum coenobiorum numerum et S. Stephani monasterium construxit quod est ad latus Benâbêl et Rišmîl[1]) pagorum. Assemani B. O. II, 222, 228. „Wright catal. Mus. Brit. 165 b." (Th. N.) Situm erat in Sophanene provincia (Tsophkh Mets) et IV p. Chr. saeculo Armeniorum reges nonnumquam sedem ibi collocarunt. Postquam Yusik catholicus (330—336) iussu Tirani (Tiran) Armeniorum regis (325—341) ad mortem vulneratus est, „sacerdotes ecclesiae palatinae, (quae fuit) in castro regio Bnabeλ regionis Tsophkh Mets, sublevarunt eum et portarunt in vicum Thordan regionis Daranaleos (Daranaλ) ubi paucos dies post fato functus est." Faustus Byz. III, 12 p. 28 ed. Petropol. Etiam Moses Chorenensis (III, 14) auctor est, Tiranum in

1) Rešmîl (Reshmil) scribunt Goldsmid et G. Hoffmann, Rišmil, quod idem est, Socin ZDMG. XXXV, 258, 264.

regionem Tsophkh venisse et in ecclesia regali simulacrum imperatoris posuisse quod Yusik catholicus prohibuit; nomen vero sedis regiae non indicat. Eodem Tirano et filio eius Arsace regnantibus „Drstamat eunuchus provinciae praefuit (custos)que erat fidelis gazae regiae castri Angeλ et omnium castrorum regiorum harum regionum; quin etiam gaza castri Bnabeλ, quod in regione Tsophkh est, eidem commendata erat.“ Faustus Byz. V, 17 p. 173 ed. Petropol. „Benâbêl castrum situm erat prope Rešmil vicum qui ad orientem urbis Mardin et ad septemtriones vici Dêr Zaʿferân spectat. Socin ZDMG. XXXV, 258. 264 n. 96.[1]) Sachau Reise 407. Hausknecht vero Binabit (sic) ad meridiem urbis Mardîn et vici Dêr Zaʿferan collocat; sed in tabula quam secundum Hausknechti itinerarium H. Kiepert delineavit, nonnulla minus accurate posita sunt.“ G. H.

926 *κάστρον Ἀϊσουδοῦος*] nomen fortasse corruptum castri cuiusdam in monte *Ἀΐσουμᾶ* positi?

927 *κάστρον Μασφρόνας*] „forsitan Basbrînâ, Bêsebhrînâ ZDMG. XXXV, 240, 241, 259 etc.?“ G. H.

928 *κάστρον Βασιλικόν*] haud dubie *τὸ Βασιλέων φρούριον*, quod ad defendendos limitis incolas Iustinianus imperator aedificavit. Cuius situm accuratius describit Procopius de aedif. II, 4. „si nomen Graecum Hesnâ d| Malkê vertis, nil lucramur; nam Mar Malkô ZDMG. XXXV, 262 a sancto quodam nomen accepit.“ G. H.

929 *κάστρον Σπῆλον καὶ Ὀδήλων*] A. *Σπήλαιον Ὀδῆλον* B. „vellem: *Σπηλαίων Ὀδήλων*? cfr. Mʿarrê (Mʿarrîn), quod nomen Syrorum lingua speluncas valet. G. Hoffmann, Akten pers. Märtyrer p. 170. Situs indicatus ZDMG. XXXV, 262 castrum in finibus Romanorum Persarumque fuisse ostendit.“ G. H. *Ὀδήλων* fortasse est *χωρίον Ἐνδιήλων διέχον Ἀμίδης ἡμέρας ὁδόν*. Procop. de bell. Pers. I, 7 quod Kiepert l. c. p. 198, 4

1) Tabula delineata a H. Kiepert Rišmil vicum medium ponit inter Märdīn et Maḥssärte. ZDMG. XXXV.

haud recte cum Ingilis composuisse videtur. Sed haec prorsus dubia sunt.

930 *Βηϊουβαΐθας*] A. B rectius: *Βιϊουθας*; nam Theophylactus (II, 187) habet *φρούριον Βεϊουδαΐς*. „scribendum igitur est *Βηιουδαΐε* Bejûdâê vicus Iudaeorum." (Th. N. et G. H.)

931 *κάστρον Μανασσάρων*] B rectius: *Μασσάρων*; videtur enim *τὸ Ματζάρων φρούριον* esse quod e regione castri Beïudaës iacet. Theophyl. Sim. II, 18, 7. Ritter Erdkunde XI, 84 castrum esse censet quod nunc Mathra vocatur; „verum hoc nullam habet probabilitatis speciem; nam Theophylactus Simocatta castrum prope Persarum fines fuisse nos edocet; fines vero magnum a Mathra castello spatium distant et ad meridiem eiusdem castelli positi sunt inter Middô (ZDMG. XXXV, 246, Midûn Sachau Reise p. 412 = *Μίνδονος* Procop. b. Pers. I, 13; 16) urbem et Tigrim prope Kêfâ, dein Tigrim amnem sequuntur ad confluentem Nymphium (Batman-Su). *Μάτζαρα* igitur Bâzâr esse potest ZDMG. XXXV, 263 apud Taylorum Journ. Geogr. Soc. XXXV, 52 = Bazara quod subter Hâtim Tâi castrum situm est. Forte id ipsum castrum veterum *Μάτζαρα* est?" G. H.

933 *κάστρον Σιτέων Χίφας*] cum Sitis quas auctor Tabulae Peutingerianae in via Tigranocerta Amidam ducenti inter Thalbasarin et Adipten enumerat, H. Kiepert et Sachau componunt: cfr. Sachau, Tigranocerta p. 53, 54. G. Hoffmann Ṣîta comparat, ZDMG. XXXV, 263 n. 59 et *Σινά* Procopii Izalae montis castrum? „Sitae tabulae Peutingerianae in sinistra Tigridis amnis ripa sitae erant et ad occasum Nymphii spectabant eodem modo atque Tigranocerta. Forsitan *Χίφας* nomen significat castrum ex Kêfa castello ad Tigrim sito pendere??" G. H. Th. Noeldeke antea nomen ex Ḥesnâ d| Kêfê (Ḥsen Kêfê Arabum) corruptum esse coniecit; iam Henrici Kiepert et Eduardi Sachau sententiam magis probat.

935 *κάστρον Βιβασάρων*] Bebase villa Ammianus Marc. XVIII, 7, 9; 10, 1 vel *Βίβας* castrum Theophyl. I, 15, 15; sed haec prorsus incerta.

936 *κάστρον Τζαύρας*] nomen per errorem ex 919 repetitum.

937 *κάστρον Βίρθας*] videtur Virta castrum esse quod Sapores rex a. 360 frustra obsedit: interceptis castellis aliis vilioribus Virtam adoriri disposuit, munimentum valde vetustum, ut aedificatum a Macedone credatur Alexandro, *in extremo quidem Mesopotamiae situm.* Ammian. Marc. XX, 7, 17. Inde sequitur diversum esse *Βυρθὸν πολίχνιον* quod Procopius (de aedif. II, 4) Amidae urbi adiacere dicit: *τὰ ἀμφὶ πόλιν· Ἄμιδαν φρούρια.*

938 *κάστρον Ἀτταχᾶς*] *Ἀταχὰς* castrum in monte Izala positum (Procop. de aedif. II, 4) prorsus diversum est. cfr. quae G. Hoffmann ad v. 917 docte exposuit. Ad hunc vero locum quadrare videtur quae Procopius de bell. Pers. I, 21 praebet: *χωρίον Ἀτταχὰς Μαρτυροπόλεως ἑκατὸν σταδίοις διέχον.* Syris Hattâkâ est: Assemani B. O. p. 454 diss. de Monophys. s. v. — Hoc tempore arx Hatcha (HTK') Temurtascho a Curdaeo quodam eius domino tradita est. Barhebr. chron. Syr. p. 329 (336 vers. Lat.) — (Chatun) rogavit ut sibi remaneret castellum Hatachae (HTK'). Tradidit igitur Maipherkatam Saladino et ipsa Hatacham (HTK') abiit. p. 394 (402). — Hatacha (HTK') urbs supra Maiphercatam (MIPRKT) urbem. Barhebr. hist. eccles. III, 510. Ab Armeniis Athaχ vel Aththaχ appellatur. St. Martin I p. 94. „ol Hattach (Hattâḫ Abulfeda p. 160, 12) arx fortis in Dejar Bakri.“ Reiske, Abilfedae op. geogr. p. 242, nunc Atach vel Atak (accuratius Hattâḫ) Ritter Erdkunde XI, 39; Kiepert l. c. p. 184 N. 2 „satis mirum est quod unum *Ἀτταχᾶς* castrum (Hattaḫ Taylor Journ. Geogr. Soc. XXXV, 39 etc. = Enlach, uti falso H. Kiepert in tabula e baronis de Moltke itinerariis composita scribit) in

ripa Tigridis fluvii sinistra positum est ex eorum castrorum numero quorum situm vel certe vel cum quadam probabilitate definire possumus.“ G. H.

938 *κλίματος Ἀρζανηνῆς*] *κλήματα Ἀζανίας* B. In editionibus Caroli a. S. Paulo et Goari scriptum erat: *κάστρον Ἀτταχᾶς κλίματος Ἀρζανι(κ)ῆς*. Qua in re recte Kiepert (l. c.) offendit; Mygdonius enim fluvius Arzanenen a Sophene et territorio Romano dividit (locos congessit Kiepert l. c. p. 184 N. 1). Castrum vero Attachas in montibus situm est qui ad occidentem vergunt. Phison quoque arx, Attachae castro vicina, Sophenae provinciae semper attribuitur. Sed boni libri dilucide regionem Arzanenen a castro Attacha discernunt, verbaque *κλίματος Ἀρζανινῆς* minio rubro in codice Barocciano scripta sunt, ita ut cum sequentibus coniungenda sint. Tituli loco sunt verba *κλ. Ἀρζανηνῆς* et revera castra quae deinde Georgius enumerat in Arzanene provincia sita sunt, velut Aphumon, Samocharton et Chlomaron (si recte ita *Φλωριανῶν* emendavimus). Arzanena Ammian. XXV, 7, 9. Eutrop. VI, 9. *Ἀρζανηνή* Procop. de bell. Pers. I, 8; II, 15. Petrus Patricius fr. 14 (FHG. IV, 189). Menander Protect. fr. 54 (FHG. IV, 255); fr. 55 (257); 60 (260). Ioann. Epiph. fr. 3 (274). Theophyl. Simoc. I, 14, 1; II, 7; III 10, 2; 14, 11 etc. *Ἀρξάνη* Procop. de aedif. III, 2. *Ἀζαζηνή* Socrat. VII, 18[1]); VII, 21 = Theophan. 85, 33, qui habet *Ἀρζανίνην* (ita cod. Vaticanus, reliqui *Ἀρζανὴν*, *Ἀρζάνην*, *Ἀρξάνην* cfr. 254, 16 ubi Arxanene Anastas.). *Ἀρξιανή* Rhedigeranus Agathiae IV, 29. Tota provincia fidei christianae addicta erat. Menand. fr. 57 (FHG. IV, 258). Syri eam Arzûn appellant. Ioann. Ephes. h. e. VI, 15, 17, 27, 34; Arzanene Persarum (Arzûn d| Parsajê) Ioann.

1) *Ἀρζανηνή* quod praebet de Boor in notis ad Theophanem p. 85 error est, ut me litteris ad me datis certiorem fecit Theophanis editor.

Eph. de beat. orient. XXVII p. 343 (191). Iacobus Batnensis epistulam scribit ad monachos qui in Arzûn Persarum sunt. Wright cat. Mus. Brit. p. 518 b. Catholicus magnus Arzuni. Ioann. eph. de beat. or. X p. 53. cfr. XXIV p. 110; LVIII, p. 186, 187, 188, 191. ad Arzunitas scribit Xenaïas (Philoxenus). Assemani B. O. II p. 45. regio Arzûn: Dionys. Telmah. ad a. 395 Assem. B. O. I, 249. ad a. 420 p. 196. Aba ex monasterio Mar Abibi Arzenunensis ep. Amidae II, 111. cfr. Wright cat. Mus. Brit. p. 7a. S. E. Assemani: acta mart. Or. p. 224. Anno 686 pace facta Arzanenen ('RZN) iterum Romanis concessam esse refert Barhebraeus chron. Syr. p. 117 (118). Arzun ('RZWN) quarta dioecesis maphriani fuit. Barhebr. hist. eccles. III p. 124. episcopos 'RZWN et 'WSTN D| 'RZWN recenset Guidi ZDMG. XLIII p. 407, 408. cfr. Assemani B. O. diss. de Monophys. s. v. Arzun; diss. de Nestorianis s. v. Arzun. Arzn (Aλzn) nomen quod apud Armenios scriptores occurrit idem est atque Graecorum nomen Arzanene, Syrorum Arzûn. Verum angustioribus finibus continetur regio Arzn; est enim unus ex decem provinciae Aλdznikh pagis (St. Martin II, 360) qui etiam nunc idem nomen retinet. (Kiepert l. c. p. 185, 194.) Contra Aλdznikh provincia eisdem fere finibus circumscribitur atque Graecorum Arzanene, neque nomina diversa sunt.[1]) Faustus Byz. IV, 20; 24; 28; V, 16; V, 27. Elisaeus Vardapet. I p. 186; II, 199; IV, 213 Langlois. Thomas Artsrun. III, 15; 17 p. 167; 170 Brosset. Principes Arzanenes (vita S. Nersis p. 24 Langlois; Moses Choren. II, 29. Zenob. Glag. p. 352, 355 Langlois. Steph. Orbelian hist. de

1) Il paroît qu'elle (l'Arzanène) donnoit son nom à toute la province Arménienne d'Aghdsnik'h ou d'Aghdsen, nom qui ne paroît lui-même en être qu'une altération. St. Martin I, 156. Aḷdsnikh, Plural von Aḷdsn, offenbar nur eine dialektisch abweichende Form von Arzn, mit dem gleichbedeutend es öfters in Faustus Geschichte vorkommt. Kiepert l. c. p. 193.

la Siounie cp. VII p. 15 Brosset) magnum inter duces militares locum obtinent; nomen iis est Bdeašχ (πητιάξης Noeldeke ZDMG. XXXIII, 159; vitaxa — ὁ δεύτερος ἄρχων Ἀλσενῶν ὁ τῆς κομητατησίας Agathang. XII, 136. AA. SS. mens. Septembr. T. VIII p. 382). cfr. Faustus Byz. III, 9; IV, 50; V, 16. Moses Choren. III, 4; Lazar. Pharp. cp. 29 p. 293 Langlois. Episcopus Arzanenes commemoratur a Fausto Byz. IV, 15. Ioann. cathol. p. 161 St. Martin. de Aλdznikh provincia cfr. etiam L. Incicean p. 62—87.

939—944 De castris 939—944 haec G. Hoffmann scribit: „Zwischen Ἀφουμῶν und Hattâẖ lief (nach meinen Untersuchungen) die Grenze, markiert durch den Ilîdsche-su (R. X, 904) der dem Qulb-Batman-su zufliesst, und wahrscheinlich mit jenem zusammen als Kallath-Nymphios betrachtet wurde. Fûm (in Arzanene nach den griechischen und syrischen Stellen) liegt s. ö. nah Ilîdsche auf Moltke-Kiepert's Karte, Foom bei Taylor. 939—944 sind alle auf jener Grenzlinie zu suchen. Die Namen treten sonst nicht hervor, es sei denn Χλομαρῶν = Keruman bei Moltke westl. Fûm, am Zibene-su =? Jurmah bei Taylor nw. nah Ilîdsche; oder Βαλοῦος = Millaiα Taylor XXXV, 41 östl. Fûm mit unterirdischer Kirche; Δαφνοῦδιν Tutey ibid. östl.???, wie hieſs Ilîdsche? (eine Therme.)"

939 *κάστρον Ἀφουμῶν*] castrum in provincia Arzanene situm Persarum fuerat, sed Mauricio duce a Romanis captum est. Ioann. Ephes. VI, 34. cf. Menandr. fr. 54 (FHG. IV p. 255) 55 (p. 257). Theophyl. Simoc. III, 15, 14; I, 12, 1; 3; II, 9, 4; 9. Ἀφουμῶν praebent A liber et Menander, Ἀφούμων Theophylactus, Φουμῶν liber B et Fûm Ioannes Eph. VI, 34.

941 *κάστρον Φλωριανῶν*] Φλοριανόν B; nomen corruptum esse videtur ex Χλομαρῶν, quod inter Arzanenes castra primum fere locum obtinuit. Theophyl. Simoc. II, 7 et 8. Menander Protect. fr. 57. Suidas s. v.

ἀπεπόνουν et *φρούριον.* Dum bellum gerebatur, in manibus Persarum erat. KLIMR Ioann. Ephes. VI, 34.

944 *κάστρον Σαμοχάρτων*] in monte ŠMKRT a Mauricio comite castello eiusdem nominis extructum firmoque praesidio munitum est. Ioann. Ephes. VI, 35; cfr. Th. Noeldeke ZDMG. XXXIII, 144.

945 *κλεισοῦρα Βαλαλείσων*] B; *Βαλαλέσων* G; *Βαβαλέσων* A. Suidas s. v. *κλεισοῦραι· οὕτω καλοῦνται τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων τῇ πατρίῳ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ.* (ex Theophyl. Simoc. VII, 14, 8.) De clisuris et clisurarchis cfr. Rambaud, l'empire grec au X siècle p. 196, 197. — Armenii Baλêš vel primitus Baλaλêš scribunt quam nominis formam accuratissime Coislinianus et Parisinus Caroli a S. Paulo Goarique reddunt. „Regio Bznunikh quae incipit a Neχ Masikh (Maseats) qui circumdat litus occidentale lacus cognominis usque ad castrum Baλês, deinde a meridie usque ad fines regionis Erêvard.“ Mosis Choren. geogr. ed. P. A. Soukry p. 31 (42 versionis Francogallicae.) — „et progressi sunt usque ad Šahastan Baλêš.“ Thomas Artsrun. II, 6 p. 110 ed. Petropol. addit Patkanian in libris vetustis scriptum esse Šhastan Baλaλêš. — „Bznunikh, Artskê et Xlath (Δlath Incicean) et Baλêš, usque Hizan, omnis haec (provincia) Bznunikh appellatur.“ Vartan. Vardapet, Incicean p. 123 (= St. Martin II, 429) cfr. Matth. Edess. II, 78. Baλêš Armeniorum est Bidlîs Arabum (Abulfedae tab. quaedam ed. H. F. Wüstenfeld p. 34 et 42), nunc Bitlis. episcopus urbis Baλêš a. 1684 Incicean p. 124. Bitlis episcopatus in prov. Taron. De Moni p. 222. de faucibus illis celeberrimis ex Arzanene in Thospitin (Turuberan) provinciam ducentibus v. Ritter, Erdkunde IX, 1003.

946 *λαοὶ β' ὀνομαζόμενοι ὁ μὲν εἷς Χοθαῖται, ὁ δὲ ἕτερος Σανασουνῖται*] mendo vetere *εἷς* et *Χοθαῖται* voces in unum coaluerunt, ita ut Baroccianus *ἰσθομαῖται*, liber Caroli a S. Paulo *ἰσχθομαῖται* praebeant; sana servavit unus liber Coislinianus. Chothaïtae sunt incolae

regionis Xoyth quem primum inter Turuberan provinciae pagos recenset Mosis geographia (St. Martin II p. 361, Soukry p. 31). Incicean duas nominis Xoyth regiones fuisse censet, unam in provincia Aλdznikh sitam quae eadem est atque Sasun, alteram provinciae Turuberan. Sed errat vir doctus. Thomas Artsrunensis (II, 7 p. 121 ed. Patkanian) fuse de moribus hominum illorum montanorum disputans inter Arzanenen et Taronitidem sedes eorum collocat „et propter linguam occultam et obscuram et mores suos appellantur Xuth unde et mons nomen Xoyth accepit... Sunt homines obscuri ex Assyria originem ducentes qui una cum Adramelek et Sanazar, regis Senekharim filiis, ex Assyria et Ninive profecti sunt, unde iidem Sanasnaykh appellantur.“ Ridiculum commentum Armeniorum est, qui nomen Xuth vel Xoyth cum *Χουθά* vel *Χούθ* l. IV Regnorum XVII, 24, 30 composuerunt. Alter populus iterum recte in Coisliniano *Σανασουνῖται* sonat, in ceteris libris imperite *Νασουνῖται*, quod vitium iam Incicean p. 70 recte notat. Est Sasun regio Arzanenes cuius nomen primitus Sanasun fuit. Incicean p. 69. Sanasun habet Mosis Chor. geographia p. 31 Soukry. „Cum ad fines Taronitidis pervenisset, milites ex monte Simn appellato decurrerunt quem hominum consuetudo ex nomine maiorum eorum (sic) Sanasun appellat.“ Aristakês Lastiverttsi cp. 21 p. 70 apud Incicean. cfr. Mos. Choren. I, 22. „Artsrunikh Sasun est (castrum) quod aedificavit Sanasar filius Senekharim qui ob parricidium ex urbe Ninive profugus ad Armeniorum regem se contulit.“ Vardan Vardap. p. 430 St. Martin. Iterum vilem lusum verborum habes nebulonis cuiusdam qui nomen Sanasun ex regis filio Sanasar (= *Σαρασάρ*) derivavit. Unde colligere licet eo tempore quo haec fabula excogitata est in usu fuisse tantum formam genuinam: Sanasun. Principatus Sasun. Matth. Edess. II, 106. cfr. Dulaurier p. 375.

947 *Μαραθκέν*] A. *Μαραθκέ* B. Goar prave *Βαραθκέ.* montem arcae nomen a scriptore apud Nestorianos claro accepisse censet G. Hoffmann. Idem de monte arcae et de monasteriis quae fabula Noachitica nobilitata sunt docte egit in: Auszüge aus Syrischen Akten Persischer Märtyrer p. 174 sq. „Nomen est: Mâr(j)atḳen, Dominus meus (= Deus) exstruxit.“ Cum nomen virorum Mâratḳen in his regionibus haud insolitum sit, non dubito quin G. Hoffmann nomen recte explicaverit „mons (patris) Maratḳen“ i. e. „mons (coenobii) Maratḳen.“ Th. N. Ab Armeniis mons „Marath“ appellatur. Thomas (Thovmay) Metsophetsi apud Incicean p. 71: „Christiani vero seditiosi montem Xoyth et Sasun ascendere noluerunt . . . ille vero vi nos montem Xoyth ascendere fecit“ et paulo post „Phir Hasan Turcomannus (Thurkhman) in conveniendi locum (tsoλovaran) et montem Marath (Gen. Marathu) proficisci in animo habuit; subito vero exercitus Caλath (Gen. Calathin) ei obviam ivit.“

948 *ἐπαρχία Δ̄ Ἀρμενίας ἄλλης*] v. praefationem p. XLVI sq.

949 *Δαδίμων*] A. *Δαδήμων* corr. in *Δαδύμων* B. Quae urbs semel tantum in actis V concilii oecumenici commemorata esse videtur: Cyrione reverendissimo episcopo Dadimorum Mansi IX p. 177, 394. Le Quien contra librorum omnium testimonium prave scribit Dadybrorum O. C. I p. 556. Sed codicum lectionem tuetur Georgii descriptio. Fortasse est Armeniorum urbs Datuan. „(Ahmath Arabs) arcem Datuan intravit quam praedium hereditarium habuit et occursaverunt Armenii principes Deranik, Gagik et Têr Grigor et alius Têr Grigor etc.“ Thomas Artsrun. III cp. 19 p. 218 ed. Patkanian. vide etiam Incicean nova Armenia p. 165. Cum Daudyanis Ptolemaei (*Δαυδύανα* V, 13, 21), urbe ad litus occidentale lacus Thospitidis (maris Bznunikh) posita, oppidum Dadima (Datuan) componi non potest. „est urbs Dâdim. Iâḳût et ZDMG. X, 455 = Tadem apud Hausknecht (Kiepert), quod

oppidum ad austrum castri Mezere (Charput) et ad occidentem vici Telenzid spectat.“ G. H.

950 Ἀρσαμουσάτων] πόλεως Ἀρμόσατα ἣ κεῖται πρὸς τῷ Καλῷ πεδίῳ καλουμένῳ μέσον Εὐφράτου καὶ Τίγριδος Polyb. VIII, 25, 1. Arsamosata (libri arsamote, arsamotae) Euphrati proximum. Plinius NH. VI, 9, 26. Arsamosata Tac. Ann. XV, 10. ἐν δὲ τῷ λοιπῷ καὶ μεσημβρινωτέρῳ τμήματι μεταξὺ μὲν Εὐφράτου καὶ τῶν Τίγριδος πηγῶν .....Ἀρσαμόσατα. Ptolem. V, 12 (13), 19. Ἀρσαμόσατα VIII, 19, 14. Arsamotasa R. A. 75, 7. Arsamosatim 80, 18 (antecedunt Singara, Nesibi, Sapha, Tygrinopolis). a. 498/9 ecclesia Arsamosatae (Aršemšaṭ) terrae motu destructa est. Iosua Stylit. cp. XXXV p. 25 Wright. episcopus loci cui nomen Arsamosatae. Ioann. Ephes. de beat. or. XI. Aaron ep. Arsamosatae a. 518. Assemani B. O. II diss. de Monophys. Athanasius Arsamosatae ('RIŠMIṬṬ) Barhebr. h. e. I p. 438. ΤΙΜΟΘЄΥѠϹ ЄΠΗϹΚΟΠΟϹ ΤΟ ΑΡΧΗΜΧΑΤ, ΤΙΜΟΘЄΥΟϹ : ΤΟ : ΑΡΧΙΜΧΑΤ: Wright catalogue of Syr. Man. in the B. Mus. p. 433 b. Castrum Arsamosata (Aršamešṭ) „ad Arsaniam fluvium“ destructum iterum iubente Abbaso aedificant Arabes. Dionys. Telm. ad a. 768 Assem. B. O. II, 113. Armenii urbem Ašmušat vel Aršamušat nominant[1]) St. Martin I, 105. Nomen urbis Ašmušat ex Aršamušat corruptum esse eamque ab Aršam rege vel ab alio quodam viro cognomini aedificatam esse Incicean p. 60 censet. Michaëlis Magni versio Armenia praebet Ašmuš; Aaron enim quem Dionysius Telmaharensis Arsamosatae praesulem

1) Prorsus diversa est regio Ašmunikh (Mosis Choren. geogr. Whiston p. 359 St. Martin p. 363. Soukry p. 31) vel Aršamunikh (Faust. Byz. IV, 15; Lazarus Pharp LXXXI p. 456 edit. Venet. 1873; Stephan. Taron. Asołik III, 43 p. 275 ed. Petropolit.); est enim pagus Turuberan provinciae, ad orientem pagi Haštiankh spectans. Tschamtschéan et St. Martin omnia confundunt.

fuisse dicit, episcopum urbis Ašmuš appellat p. 177 Langlois. Idem auctor est Theophilum imperatorem direpta Melitene provincias Ašmuš et Handzith vastavisse. Situm est igitur oppidum inter Melitenen et Anzitenen. Quamobrem eo loco quo nunc castrum Charput (Karberd Armeniorum, KRTBRT Barhebr. chron. syr. p. 447) vel in propinquo quo nunc vicus Šyamuši (Incicean, Schemschei Moltke) extat[1]), situm fuisse censet Kiepert l. c. p. 178. X saeculo postquam maxima Armeniae IV pars iterum in Romanorum potestatem redacta est, eadem nomina apud Constantinum Porphyrogennetum occurrunt (de admin. imp. 50 p. 226): *ἰστέον ὅτι τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις τὸ τοῦ Χοζάνου θέμα ὑπὸ τῶν Σαρακηνῶν ἦν. ὁμοίως καὶ τὸ τοῦ Ἀσμοσάτου θέμα καὶ αὐτὸ ὑπὸ τῶν Σαρακηνῶν ἦν. τὸ δὲ Χανζὶτ καὶ ἡ Ῥωμανόπολις κλεισοῦρα τῶν Μελιτηνιατῶν ὑπῆρχον.* — Asmosata oppidum praeter Constantinum unus novi tactici auctor v. 2675 novit, inter archiepiscopatus recensens: *νγ τῶν Ἀσμωσάτων.* Nomina *Ἀσμώσατα* et *Χανζὶτ* Armeniorum formas Ašmušat et Handzith religiose reddunt, quoniam bonae aetatis vocabula Arsamosata et Anzitene oblivione obruta erant. In subscriptionibus concilii Romclensis (Hromklay) a. 1179 extat Theodorus ep. urbis Ašmušat Incicean p. 60.

951 *πολίχνη Χοζάνων*] caput regionis cognominis (*τὸ τοῦ Χοζάνου θέμα* Constant. Porphyr. l. c.). Apud Ar-

1) Quae sententia unice recta est; nam Matthaeus Edessenus in enarrando bello inter Thornicium et Philareten gesto (II, 106) et urbis Ašmušat et urbis Karberd meminit; fuerunt igitur ut vicinae ita prorsus diversae. Errat Dulaurier qui Ašmušat a Matthaeo commemoratum provinciae Turuberan oppidum esse censet. Paullo post eius meminit monachus Edessenus l. c. II, 107 ubi arcem Ašmušat supra Arzen i. e. ad septentriones Arzanenes (= in finibus Taronitidis vel provinciae Turuberan sitam) affert. Quibus verbis additis urbem Taronitidis vel provinciae Turuberan a cognomini Armeniae IV oppido bene distinguit Matthaeus.

menios scriptores mentio fit et castri et regionis Xozan. Aristakês (filius Gregorii Illuminatoris) magnam ecclesiam in comopoli (Givλakhaλakh) Xozan provinciae Tsophkh aedificavit. Stephanus Asoλik. II, 1 p. 63 edit. Petrop. Castrum Xozan a Theophilo imperatore esse expugnatum Samuel Aniensis refert ad a. 827 p. 423 Brosset; p. 63 Zohrab et Mai. Provinciae meminit Stephanus Asoλik II, 6 p. 144 edit Petrop., Theophilum imperatorem Arbela capta et devictis Arabibus Armeniam intrasse et nonnullis provinciae Geλam castris expugnatis Xozan et Armeniam IV crudeliter diripuisse narrans. Matthaeus Edessenus auctor est Ioannem Tzimiscem ex urbe C̱mškatsagkh regionis Xozan originem duxisse. cfr. Matth. Edess. I, 15 Dulaurier. Unde prave concludunt St. Martin (I p. 93) et Dulaurier Xozan regionem eandem esse quae antiquis temporibus Baλahovitkh appellabatur. Nec melius Lucae Incicean res cessit qui *τὸ Χοζάνων θέμα* Chorzenen esse censet. Tabula veteris novaeque Armeniae Venetiis a. 1751 edita regionem Xozna inter Tsophkh et Xordzên ponit idque rectius. Nam urbs C̱mškatsagkh in Sophene provincia sita erat et ex Stephani Taronitae verbis efficimus Xozan regionem eiusdem provinciae partem esse. Hodie Chozât.

952 *Χοσομάχων*] A. *Χοσωμάχων* B. castrum incognitum, nisi legendum est *Χομοσάχων* = C̱mškatsagkh Armeniorum, quae a Syris ŠMŠKI appellatur. Forma Graeca emendata et Syra prorsus inter se conspirant:

XOMOCAXωN
ŠuMuŠ KaI

Recte observat Incicean neque a Thoma Artsrunensi neque a Stephano Taronita urbem commemorari, sed primum a Matthaeo Edesseno qui duobus saeculis post vixit cfr. p. 57: „Matthaeus Edessenus (I, 15) dicit „Tzimisces (C̱mškikn) ex provinciae Xoznay

castro cui nunc nomen C̱mškatsagkh est, originem duxit.“ Quibus ex verbis elucet, ait Incicean, oppidum ab imperatore C̱mškikn nomen accepisse. C̱mškatsagkh enim est origo C̱mškik. Idque eo probatur quod temporibus vetustis alio nomine utitur urbs quod habes in Menaeis (Yaismavurkh) ad diem XXVII m. Martii: Sanctus sacerdos Ioannes (Yohannês) erat ex urbe Hierapoli (Yerapolis) quae nunc C̱mškaytsak appellatur.“ Quae omnia putida commenta esse videntur; nam Michael Magnus Ioannem Tzimiscen ex Anzitene oriundum esse dicit. Urbs ŠMŠKI a. Gr. 1474 (= 1163 p. Chr. n.) a Turcis expugnata est innumeraque multitudo hominum ex vicis circumiacentibus in captivitatem abducta est. Barhebraei chron. Syr. p. 352. Commemoratur praeterea urbs (Incicean l. c.) in eisdem Menaeis ad diem XXVII m. Mai: „Yohannês C̱mškikn ex C̱miškatsakkh oppido originem duxit.“ „Tsophkh provinciae sunt Metskert et C̱mškatsak.“ Vardan. vardapet St. Martin II, 430. Concilio Sisensi subscribit: Hayrapet episcopus C̱mškatsagkh. Galanus p. 441 habet Hairabiet episcopus Cemesca Zacuz et p. 430 Hairabiet ep. Rorani (scribendum: Chozani) et alteri concilio Sisensi quod, Mχitar catholico, celebrabatur, adfuit Daniel episcopus C̱mškatsagkh Incicean l. c. Hodie Tschymyschgezek.

953 *Κιθαρίζων*] castrum Astianenes, ubi alter Armeniae IV dux sedem suam constituit: Kthṛic Armeniorum, ḲIṬRIZ Syrorum. — Novell. XXXI, § 3. Procop. de bell. Pers. II, 24. — *ἐν δὲ τῷ Κιθαρίζων χωρίῳ ὅπερ ἐπὶ Ἀσθιανήνης τῆς καλουμένης ἐστὶ, φρούριον οὐ πρότερον ὂν ἐν χώρῳ λοφώδει ὑπερφυές τε καὶ δαιμονίως ἀμήχανον κατεστήσατο* (*Ἰουστινιανός*) Procop. de aedif. III, 3. *τό τε Κιθαρίζων τὸ Ῥωμαίων φρούριον.* Theophyl. Simoc. III, 15, 12. (Mauricius comes excubitorum) profectus est et morabatur intra Armeniam et Syriam. i. e. in ḲIṬRIZ. Ioann. Eph. VI, 14. (Multos juvenes qui milites (Rômâjê) stipendia

mererent elegit) ex provincia HNZIṬ Armeniae et ex Syria, ubi eo venit. Illuc igitur profectus prope oppidum ḲIṬRIZ castra metatus est l. c. VI, 27. Quinisexto a. 692 inter ceteros episcopos orientales subscribit *Μαριανὸς ἀνάξιος ἐπ. Κιθαρίζων τῆς Ā τῶν Ἀρμενίων* Mansi XI, 1006, scribendum *τῆς Δ̄ τῶν Ἀρμενίων*, ut iam observavit Lucas Incicean l. c. p. 45 N. 1. — Ašot quidam a Xosrov Persarum rege missus, Graecis (ad verbum: Graeco-Yoyn) devictis, Kthṛic oppidum (regionis) Hašteankh et urbem Karin cepit (613 p. Chr. n.). Stephan. Taron. Asoλik. II, 2 p. 86.

954 *κάστρον Μερτίκερτον*] alibi non commemoratur. Tabula geopraphica veteris novaeque Armeniae Venetiis a. 1751 edita urbem Meλti in finibus provinciae Turuberan et e vicinia Armeniae IV ponit. „Meλtês in planitie castrum condidit cui nomen Meλti indidit.“ Zenobius Glak. apud Incicean p. 105. Saepissime commemoratur id castrum et a Zenobio Glakensi et a Ioanne Mamiconio quorum locos exscribere supersedeo. Dein uni provinciae Turuberan pago nomen Mardaλi est. (Mosis Chor. geogr. p. 359 Whiston; 363 St. Martin): „Ad septemtriones harum regionum (Taron, Ašmunikh) sita est (regio) Mardaλi prope montem Meλeduχ usque ad Aytspakunkh qui separat et Martaλi et Karin“ Soukry p. 31. Fuit sedes episcopalis, cuius antistes cum ceteris Armeniae episcopis epistulae ad Mihrnerseh Persarum praefectum datae subscribit a. 450. Elisaeus Vardapet p. 192 Langlois p. 13 Neumann. Basilius imperator David Curopalatae inter alia castra et „Sevuk berdak (v. l. Sevuberdak) quod et Mardaλe nuncupatur“ se daturum promittitur. Stephan. Asoλik III, 15 p. 192. Fortasse *Μερτίκερτον* nil est nisi nomen leniter corruptum urbis notissimae Metskert reponendumque vel *Μεζτίκερτον* vel *Μεστίκερτον*. Sed res in medio relinquenda est.

955 *κάστρον Βαϊουλοῦος*] *Βαϊούλου* B. scribendum *Βαλοῦος* vel *Βάλου*. Est urbs notissima Balu (nunc Palu),

caput regionis Baλahovitkh. „(Deus ei inventionem litterarum revelavit) uti magno Mosi in monte Sina, ita ipsi in monte Balu.“ Vardanis vardap. hist. ed. Venet. 1862 p. 49. „Barseλ patriarchae adversi quid accidit in via (quae fert) ad castrum Mentskert prope Balu.“ l. c. p. 113. Ubi Abas apud Armenios regnavit (928—952) urbs diruta est. Stephanus Asoλik III, 36 p. 264 ed. Petropol. vide etiam ad v. 964. Palu urbs munitissima erat cuius arcem inexpugnabilem Paulus Lucas dicit: „Nur ein sehr schmaler Pfad führt zu dem sehr steilen Felsen hinauf, durch ein künstlich ausgehauenes Felsthor in das Schloss von sehr antiker (ob byzantinischer?) Bauart“ Ritter Erdkunde X, 715. Arcis ambitus tam vastus est, ut etiam agros quibus praesidiarii milites sustententur contineat. Equidem coniecerim Balu esse Byzantinorum claustrum Romanopolim, quod nonnumquam cum Chanzith claustro coniunctum legitur (locos congessi ad v. 959; cfr. et Parisinum 1361 a quo inter Camachorum suffraganeos recensentur: ϛ̄ ὁ *Ῥωμανουπόλεως* ζ̄ ὁ *τοῦ Τιλείου* η̄ ὁ *Βαρβανίτζης*). Matthaeus Edessenus auctor est urbem a Romano Argyro imperatore (1028—1034) nomen accepisse I, 43: „quotannis novas copias Edessam misit; aedificari iussit castrum quod ex suo nomine Romanopolim appellavit.“ Sed fallitur; recte observat Dulaurier (p. 395 versionis) urbem a Romano Lecapeno (920—944) nomen accepisse. Basilius qui David Curopalatae regi Iberorum a custodia papilionis fuerat moenia castri Romanopolis (Renapolis) instauravit a. 1078. Matth. Edess. II, 116. Tempore cruciferorum quo devicto Romano Diogene omnis Armenia IV iterum Turcorum facta est, Matthaeus huius urbis non meminit, sed vetere nomine Balu utitur II, 234. Urbis Romanopoleos et Michael Attaliota 131, 22 (= Ioann. Curop. 681, 16) meminit: *ὡς γὰρ ὁ βασιλεὺς εὐθὺς τῆς Ῥωμανοπόλεως ἐλαύνων ἐφαίνετο ἐξ ἧς ἡ πρὸς*

τὸ Χλιὰτ (*Χλεὰτ* Ioann. Curop. 681, 17 = Xlath) *κάθοδος διὰ στενωπῶν ἐπιγίνεται.* Egregie igitur fallitur Th. Menke qui Romanopolin urbem Karberd (Charput *Χάρποτε* Cedren. II, 419, 13) esse censet. Karberd urbs in themate *Ἀσμοσάτων* sita est.

956 *κάστρον Πάλιος*] urbem Paλin inter Balu (Palu) et Arλni (Arghana) positam esse censet Lucas Incicean, quia ibi vicus nomine Paλin etiamnunc invenitur. Incicean, nova Armenia p. 226. Verum alium situm indicat geographiae Mosaicae interpolator p. 30 Soukry, qui castrum et regionem Paλnatun in fronte occidentali Chorzenes regionis ponit, ita ut, si fidem geographo habes, urbem Paλin in septentrionali Arsaniae ripa colloces. Ab urbe Paλin *κλίμα Παλίνης* (Paλnatun) nomen duxit. Postea ubi nomen Palines in desuetudinem venit, Sophenae provinciae adiudicata est urbs. cfr. Stephanum Taron. Asoλik, qui Paλin arcem terrae Tsophkh fuisse dicit (III, 7 p. 177 ed. Petropol.). Verum ne hoc quidem enuntiato de situ meliora edocemur. Res dubia manet. Ab urbe Paλin oriundus est Ioseph S. Mesrobis discipulus (Yusêph Palnatsi) Moses Choren. III, 53; Lazar. Pharp. X p. 266 Langlois. Samuel Aniensis (ad a. 827 p. 423 Brosset p. 63 Zohrab et Mai) narrat, Theophilum imperatorem Armeniae castra Paλin, Metskert, Dêgik regionis Ankλ, Xozan vi cepisse. — „calumniabantur eum principes illustres Armeniae qui in Paλin provincia sedem collocarant.“ Matthaeus Edess. I cp. 76.

957 *κάστρον Ἀρδών*] ΑΡΔΩΝ ex ΑΡΛΩΝ corruptum est; est urbs Arλni Armeniorum, hodie Arghana; Kiepert cum Arsinia Tabulae Peut. componit l. c. p. 180. O. Puchstein (Reise p. 359) dubitanter cum urbe Arghana deam Argandenam componit; quod vix rectum esse potest, quamvis urbs ab Armeniis et Arλni et Arkni vocitetur. St. Martin I p. 98.

958 *κλίμα Σοφήνης*] est Sophene occidentalis (Tsophkh Šahunikh); nam Sophene orientalis (*Τζοφανηνή*, Ṣûf

Syrorum, Tsophkh Mets) Mesopotamiae provinciae addicta est. vide praefationem p. LXI.

959 *κλίμα Ἀνζητινῆς*] Ptolemaeus (V, 12 (13), 19) urbem *Ἄνζητα* commemorat a qua regio *Ἀνζιτηνή* (v. l. *Ἀναζητηνή*, *Ἐντηνηνή*) sita „*μεταξὺ μὲν Εὐφράτου καὶ τῶν Τίγριδος πηγῶν*“ nomen accepit. Frequens regionis Hanziṭ apud scriptores Syros mentio: vicus qui Paradisus vocatur ad fines Armeniae situs in regione Anzitene (HNZIṬ). Ioann. Eph. de beat. orient. cp. VIII. vicus haud exiguus in partibus Anzitenes (HNZIṬ) qui Hula vocatur. cp. IX. de Harpate chorepiscopo e regione Anzitene cp. XI. Anzitene Urtaeorum cp. XXXI. Beatus Maris Hulaeus Anzitene oriundus cp. XLIII. episcopus creatus est in finibus Urtaeorum in agro Anziteno cp. LVIII. B. Abrahamus Anzitenus cp. LVIII. ex interiori Anazete ('NZIṬ) — locus est in confinio Persarum atque Armeniorum. — Cosmas presbyt. in S. E. Assemani, Acta martyr. occid. p. 352. cfr. Asseman B. O. I p. 249 qui eodem loco (et in diss. de Monophys. s. v. Anazeta) Dionysii Telmahrensis testimonium affert de irruptione Hunnorum a. 395 facta: vastaverunt omnes Syriae regiones quae ad radices montis Aridi iacent: nempe Arzun, Maipheractam, Amidam, Hanazetem et Samosatam. Barhebr. chron. Syr. p. 307, 328, 330. (HNZIṬ). Nicephorus Phocas imperator Mar Ioannem patriarcham Syrorum admonuit, ut desertas Melitinae, Hanzitae (HNZIṬ) et Calisurae regiones iterum colonis Syris frequentaret, quod ille fecit. Barhebr. chron. eccles. I p. 412. Tatari ex regione Melitenes Euphrate superato transeunt in Anzitenen (HNZIṬ). Barhebr. chron. Syr. p. 506. Ab Armeniis Handzith (Handzĕth) vel Andzith vocatur una ex VIII Armeniae IV regionibus. Andzith Mos. Chor. geogr. p. 30 Soukry. Faustus Byzantius (V, 16—19) enarrans Mušeλ Armenium Arzanenen (Aλdznikh) Sophanenen (Tsophkh Mets) Ingilenen (Ankeλ-tun) Anzitenen (Andzith) regiones

omnes deinceps vastatas regio imperio subiecisse, ordinem geographicum diligenter servat. Pagos Haštiankh, Handzith, Tsophkh commemorat Lazarus Pharp. cp. LXXXIV p. 469 ed. Venet. 1873, regionem Handzith Michael Magn. p. 274 Langlois. Principum Anzitenes (Handzith) saepe fit mentio. Moses Choren. III, 15; Faustus Byz. III, 12; IV, 24; 50; vit. S. Nersis cp. III; V. Ex provincia Handzith originem duxisse fertur Ioannes Tzimisces imperator. Michael Magnus p. 281 Langlois; Samuel Aniensis ad a. 971 p. 439 Brosset; in eadem terra genitus est Isaac (Sahak) Abelis (Habel) filius, qui una cum Gregorio Magistro Taronite contra Bulgaros missus est a. 440 Armeniorum. Stephan. Taron. Asolik. III, 33 p. 260. Matthaeus Edessenus I, 7 auctor est Ioannem Tzimiscen Basilium Constantinumque ex urbe regia Vasakavan in castrum regionis Handzith abduxisse. cfr. I, 17. Thornik Philareten Francosque fugavit in planitie Alêlua regionis Handzith l. c. II, 107. Balak princeps Arabum in provinciam suam Handzith profecturus Balduino regi Hierosolymitano et Ioscelino comiti Edesseno insidias struxit. Quos ad Taphthil vicum in agro Edesseno devictos captivos secum in urbem Xarberd deduxit l. c. III, 234. III, 248 commemoratur princeps (emir) regionis Handzith. Gregorius qui Matthaeum continuavit Kara Arslan praeter aliarum regionum et regionis Handzith dominum fuisse dicit cp. 259 Dulaurier. Byzantini eodem quo Armenii nomine utuntur *Χανζίτ*. Fuit claustrum limitaneum Melitenes. *τὸ δὲ Χανζὶτ καὶ ἡ Ῥωμανόπολις κλεισοῦρα τῶν Μελιτηνιατῶν ὑπῆρχον* Const. Porph. de adm. imp. 50 p. 226. *εἰς τὸ Μεσοποταμίας θέμα ἐπὶ Ῥωμανοῦ δεσπότου προσετέθη ἥ τε Ῥωμανόπολις καὶ τὸ Χανζίτ* l. c. p. 227. Nicephorus Phocas (de velitatione bellica XXIII) inter claustra limitanea per occidentem commemorat *καὶ τὰ πέραθεν τοῦ Εὐφράτου ποταμοῦ διορίζοντα τήν τε τοῦ Χανζῆτι λεγομένην*

χώραν καὶ τὴν πολεμίαν ἄχρι Ῥωμανουπόλεως. Andzith formae Armeniorum respondere videtur *Ἀνθίας*; Michael Attal. 133, 3; 134, 8. Verum itineris narratione diligenter perpensa, Anthiae locus aegre cum regione Andzith componi potest. Dicit enim imperatorem per Anthias iter facientem partes ad aquilonem urbis Romanopolis vergentes occupasse; Anzitene vero ad meridiem eiusdem urbis spectat. Anzitenes incolae a Syris Ortaei ('WRṬI) appellantur, qui linguam et ab Armenia et Syria diversam loquuntur; Corduensibus eos adnumerat Th. Noeldeke, Zwei Völker Vorderasiens. ZDMG. XXXIII p. 163 sq.

960 *κλίμα Διγησινῆς*] *Διγισίνης* B. Dëgik inter Armeniae IV regiones enumeratur in Mosis Chor. geogr. p. 358 Whiston. 361 St. Martin. 30 Soukry. Iam vero cum Armeniae enarratio et Georgii descriptio imperii Romani fere eadem aetate conscriptae sint, satis mirum est, quod utraque Digisenes mentionem facit, Ingilenen vero (*Ἴγγιλα* = Agël Syrorum, Enǵil Arabum, Angeλ Armeniorum) silentio praeteriit. Inde sagaciter Kiepert l. c. p. 198 coniecit Digisenen eandem esse quae a Graecis Armeniisque vetustioribus Ingilene vel Angeλ appellabatur. Accedit quod Samuel Aniensis ad a. 827 Ankλ castrum in Dëgik regione situm esse tradit (Anliam in Dedniensi provincia Zohrab et Mai p. 63; Brosset p. 423 habet: Dégis (Acc. vocis Dëgik) dans le canton d' Ancli).

961 *κλίμα Γαρινῆς*] Gorekh Mos. Chor. l. c. Gawrëg Soukry p. 30. Kiepert l. c. p. 197 fortasse Ptolemaei (V, 12 (13), 18: *ἡ Κοριαία*) Coriaeam esse dicit. Versio Ruthena Mosis Chorenensis, ab Emin Armenio confecta, habet Dorekh; eandem variam lectionem ex libro manuscripto affert Incicean p. 41 N. 2.

962 *κλίμα Βιλαβητινῆς*] *Βιλαβιτινῆς* B. v. praef. p. XLIX sq. *Βαλισβίγα* (*ἢ Βαλισβίτα* cod. Reg. 1401) Ptolem. V, 12 (13), 17 idem esse nomen et scribendum *Βαλιοβίτα* censet Kiepert l. c. p. 197, ita ut urbs nomine regionis

appelletur, uti modo inverso Stephanus Asoλik regionem Baλahovitkh Balu vocat. (locum exscriptum habes in praef. p. L.) *σατράπην μὲν ἕνα φαυλοτάτην ἀρχὴν ἔχοντα καὶ ὡς ἥκιστα λόγου ἀξίαν ἐν χώρᾳ τῇ Βελαβιτίνῃ καλουμένῃ ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος εἴασε.* Procop. de aedif. III, 1.

962a *κλίμα Παλινῆς*] praebet solus codex B. Est regio urbis Paλin (*Πάλιος*). Vide ad 956. Libri scripti Mosis Chorenensis Paλnatun vel Paλnaytun praebent, Balnatun tantum editiones. Incicean p. 45, 46 (recte et P. A. Soukry p. 30). Paλnatun exhibet etiam Stephan. Asoλik III, 36 p. 236. Matthaeus Edessenus I, 76 et II, 86 regionem non Paλnatun sed eodem modo atque Georgius Paλin appellat.

963 *κλίμα Ὀρζιανινῆς*] Procopio Chorzianene: *ἐς τὰ ἐπὶ Χορζιανηνῆς χωρία ἦλθον τοῦ Μαρτίνου στρατοπέδου οὐ πολλῷ ἄποθεν* (qui prope Citharizon castellum castra metatus erat). de bell. Pers. II, 24 vel Corzane: *ἐκ δὲ Κιθαρίζων ἔς τε Θεοδοσιούπολιν καὶ Ἀρμενίαν τὴν ἑτέραν ἰόντι Κορζάνη μὲν ἡ χώρα καλεῖται, διήκει δὲ ἐς ὁδὸν γ´ ἡμερῶν μάλιστα οὔτε λίμνης τινὸς ὕδατι οὔτε ποταμοῦ ῥείθρῳ οὔτε ὄρεσι τὴν δίοδον ἐν στενῷ εἴργουσι διοριζομένη τῆς τῶν Περσῶν γῆς, ἀλλὰ τῶν ὁρίων αὐταῖς ἀναμὶξ κειμένων.* de aedif. III, 3. Barhebraeus (chron. syr. p. 117 (118)) narrat, provinciam Gurzanenen (GWRZ'N) ab Arabibus iam diu expugnatam, a. 686 pace facta, iterum in Romanorum potestatem cessisse. Armenii Xordzean vel Xordzên vel Xordzayn appellant; monstrum Xordzanean (Incicean p. 41 sq.) ex Xordz[ên]ean ortum est. Xordzên Mosis Chor. geogr. (p. 358 Whiston, 361 St. Martin; codices teste Incicean Xordzean. — Xordzayn Soukry p. 30). cfr. Moses Chor. III, 54. Stephan. Asoλik III, 8 p. 182; III, 43 p. 276. Lazarus Pharp. 10 p. 266 Langlois etc. „Quod attinet ad Xordzean et Handzith (regiones) si eorum meminero

quae iis acciderunt, lacrimae prorumpunt." Aristakês Lastiverttsi cp. 16. in planitie Basean et (in urbe) Karin usque ad occidentem ad Xaλtik provinciam, a meridie usque ad Taron et ad Haštiankh regionem et silvas (regionis) Xordzean.[1] l. c. cp. 11. Chorzenes satrapae inter Armeniae regulos enumerantur vita S. Nersis p. 28 Langlois. Postquam Basilio II et Constantino Monomacho imperatoribus Armenia fere omnis Graecorum facta est, nomen Corzenes in notitiis Graecorum ecclesiasticis apparet.

Paris 1361: $\overline{\nu\varsigma}$. *τῷ Κελτζινῆς σὺν τῇ Κορτζηνῇ καὶ Ταρῶν ...*

$\overline{\delta}$. *ὁ Κορτζένης*

Paris 1356: $\overline{\nu\varsigma}$. *τῇ Κελτζηνῇ σὺν τῇ Κορτζενῇ καὶ τῷ Τὰρ.*

ὁ Κορτζένης.

Not. X, 755 *ὁ Κορτζηνῆς*. Concilio Sisensi (1307) adfuit Philippos episkopos Xordzenoy. Incicean p. 43 (Philippus ep. Khuorzeni Galani p. 430); in subscriptionibus appellatur ep. Keλ (ep. Ghieghi Galani p. 441 ex Gen. Arm. Keλi). Inde recte concludit Incicean Keλ in Chorzene sitam esse p. 43. cfr. nova Armenia p. 106 et 110. Idem oppidum Koλoberd Mosi est i. e. castrum Koλ Soukry p. 30.

964 *κλίμα Ἀστιανικῆς*] om. B. *ἡ Ἀσταυνῖτις* Ptolem. V, 12 (13), 13. cfr. Kiepert l. c. p. 197. Regionis Haštiankh saepissime meminerunt scriptores Armenii Moses Choren. II, 35; 62; Zenobius Glak p. 339; 350; 353 Langlois. Ad definiendum situm gravissima sunt Mosis Chorenensis verba II, 7: mittit eos qui incolerent regionem Hašteankh et fauces (Corn) quae a Taronitide eam dividunt. — Vahan e gente Mamiconiorum uti apud animum constituerat in Haštiankh

1) Ex eodem Aristace formam Xordzayn affert Incicean p. 43.

regionem profectus est et postquam Aršamunikh regionem intravit, in vico cui Erêz nomen castra metatus est. Lazar. Pharp. LXXXI p. 456 edit. Venet. Hazaravoχt Persa Vahan Mamiconium adorturus in terras Haštiankh et Tsophkh profectus est. Thomas Artsrun. II, 2 p. 84. Accuratissime pagi Astianensis situs describitur a Stephano Asoλik III, 43 p. 275: „(Basilius II) imperator Melitenen (Mêltin) venit .... et imperator iter faciens per Handzith et Balu (regiones) tempore rosalium (Vardavaṛ i. e. m. Augusto) pervenit ad montem Koher (Tschêhar?) qui medius inter regiones Haštiankh, Tsophkh et Xordzean situs est. Inde perrexit in regionis Aršamunikh urbem Erizay". — Astianene regio montuosa est cuius incolae latrociniis assueti erant. „Artase rege latrones pagi Haštiankh in montibus se munierunt." Thomas Artsrun. I, 8 p. 55. cfr. Mosen Chor. III, 44 qui proceres Armeniorum seditiosos ad latrones IV Armeniae in confinio Syriae habitantes confugisse narrat. In Astianene etiam Tigridis fontes. Vardan. vardap. ad Genes. II, 14 (Incicean p. 44): Tigris i. e. Dklath ex IV Armenia, e regionis Haštên vico (V)Oloray egreditur. — Profectus est in vicum Gireh nomine fontibus abundantem (qui est) regionis Haštiankh. Ioann. Mamicon. p. 164 (apud Incicean p. 44). Principes vel satrapae terrae Haštiankh (Faustus Byz. III, 9; 12; Moses Choren. III, 4; III, 31; Zenob. Glak. p. 345; 346 Ioann. Mamicon. p. 370; 371; 375; vita S. Nersis p. 30 Langlois) e filiis natu minoribus regis Valarsacis se ortos esse gloriabantur. Moses Chor. II, 7; 21; 32; 69; III, 4. episcopum regionis Haštiankh exhibet Ioann. Mamicon. p. 375 Langlois.

965 *κλίμα Μουζουρῶν*] forma *Μαμουζουρῶν* quam praebent Carolus a S. Paulo et Goarus repetita ·*μα* vocis *κλίμα* syllaba orta est. Faustus Byzantius (IV, 24) regiones enumerat quas Sapores rex in itinere peragravit: Aλdznikh (= Arzanene), Tsophkh Mets (= So-

phanene), Angeλ-tun (= Ingilene), Andzthay (= Anzitene), Tsophkh Šahunikh (= Sophene), Mzur, Daranaλi (= Daranalis), Ekeλeats (= Acilisene). Quamvis narratio plane fabulosa sit, series regionum ordine geographico non turbato bene inter se cohaeret. Quamobrem H. Kiepert l. c. p. 201 censet Mzur vel Mndzur (Mosis Chor. geogr. p. 358 Whiston 361 St. Martin Mzur Soukry p. 29) regionem montuosam esse inter duo Euphratis fluvii brachia sitam, quae etiam nunc Muzur vel Mundsur appellatur. Australes Sophenes, orientales Chorzianenes, septemtrionales Daranaleos, occidentales Armeniae II et III fines contingit. Erat regio altae non quartae Armeniae, quae quamvis arida saxosa et vilis a Romanis tamen occupata esse videtur, quia media inter Sophenen et Daranalin, terras Romanas, sita erat. Michael Attaliota eiusdem regionis mentionem facit in enarranda Romani Diogenis imperatoris expeditione, qui ab urbe Romanopoli reversus per locum Anthias dictum ad montem Muzurum pervenit, unde in Acilisenen profectus est 133, 9: *καὶ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος τὸν παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις καλούμενον Μούζουρον* (Ioann. Scylitz: 682, 8: *Μούνζαρον*) *ὑπερβὰς ἐπιπόνως εἰς τὴν Κελεσίνην* (Ioann. Scyl. *Κελτζηνὴν*) *χώραν κατήντησε, διαβὰς τὸ δεύτερον τὸν Εὐφράτην ποταμὸν κατὰ τοὺς ἀρκτῴους πρόποδας τοῦ Ταύρου παρὰ τὸ μέρος ἐκεῖνο παραρρέοντα καὶ διαιροῦντα τό τε ὄρος καὶ τὴν Κελεσίνην* (Ioann. Scyl. *Κελτζηνὴν*) *ὥσπερ μεθόριον.*

974 *Ἄρκαι*] nomen apud antiquiores *Ἄρκη* est, postea in *Ἄρκαι* mutatum. *Ἄρκη πόλις Φοινίκης ἡ νῦν Ἄρκαι καλουμένη* Steph. Byz. s. v. Arcas It. Ant. 148, 4. mansio Arcas It. Burdig. p. 583, 2. *ἀπὸ Ἀρκῶν τῆς Φοινίκης* Socr. h. e. VII, 36. *Ἄρκαι* Hierocl. 716, 3. *Λουκιανὸς Ἀρκῶν* Socr. III, 25. *ἐν Ἀρκαῖς γῆς παράλου Φοινίκης* Sync. 673, 17. Sed vetus forma etiam in actis Chalcedonensibus occurrit. *ὑπὲρ Ἡρακλείτου ἐπ.*

Ἄρκης Mansi VII, 436. Nunc 'Arkâ Robinson III, 939. ZDPV. VIII p. 18.

977 *κώμη Γίγηρτα*] *τὰ μὲν οὖν ὀρεινὰ ἔχουσι πάντα Ἰτουραῖοί τε καὶ Ἄραβες, κακοῦργοι πάντες, οἱ δ' ἐν τοῖς πεδίοις γεωργοί· κακούμενοι δ' ὑπ' ἐκείνων ἄλλοτε ἄλλης βοηθείας δέονται. ὁρμητηρίοις δ' ἐρυμνοῖς χρῶνται.... κάτω δὲ (ἔχουσι) Βότρυν καὶ Γίγαρτον καὶ τὰ ἐπὶ τῆς θαλάττης σπήλαια καὶ τὸ ἐπὶ τῷ Θεοῦ προσώπῳ φρούριον ἐπιτεθὲν, ἃ κατέσπασε Πομπήιος.* Strabo XVI p. 755 C. Botrys, Gigarta (libri: zicarda, zycarda, sycarda), Trieris, Calamos. Plinius NH. V, 19, 78. cfr. Ritter: Erdkunde XVII, 583, 590. K. Furrer: Die antiken Städte und Ortschaften im Libanongebiete. ZDPV. VIII p. 19.

981 *Γόνασι τοῖς Σάλτων*] A et B praebent: *γόνασι τοῖσ ἄλτων*; sed ita certissime scribendum; nam liber quo usi sunt priores editores *γονασίτιοι σάλτων* habet geogr. sacr. p. 61 quod a Goaro in *Γόνασι ἤτοι Σάλτων* mutatum est.

982 *κώμη Πολιτιανή*] In narratiuncula XLIV Ioannis monachi (Michael M. p. 163 Langlois) commemoratur vicus Potoline; nomen fortasse ex Politiane corruptum est; nam in fabula sequenti Epiphanius vici Salton commemoratur.

983 *κώμη Τριερίς*] *Ἀντίοχος .... ἧκε πρὸς Βηρυτὸν, Βότρυν μὲν ἐν τῇ παρόδῳ καταλαβόμενος, Τριήρη δὲ καὶ Κάλαμον ἐμπρήσας* Polyb. V, 68, 8. *τῇ δὲ Τριπόλει συνεχές ἐστι τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον, εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ Λίβανος τὸ ὄρος· μεταξὺ δὲ Τριήρης χωρίον τι.* Strabo XVI p. 754 C. Scylacis Caryandeni 104 (Müller: geogr. Gr. minores I p. 78) liber Parisinus habet: *τῆρος [πόλις] καὶ λιμήν* quod a Gronovio in *Τριήρης* mutatum est. *Τριήρης πόλις Συρίας* Steph. s. v. Plinius NH. l. c. Eadem est mutatio Tridis. Itin. Burdig. 583, 5. (mutatio Tridis mil. XII distat a civitate Tripoli et a mutatione Brutto alia.) — Venimus in civitatem Triarim (ita Renoviensis et Sangallensis)

quae et ipsa subversa est similiter. Antonin. Placentin. 1 p. 1 ed. Gildemeister. Ritter Erdkunde XVII, 591 sq. Seetzen I p. 156 IV, 95. Furrer ZDPV. VIII p. 19.

982 *Ἄβιλλα*] *Ἄβιλα* Hierocl. 717, 6. *Ἀβίλαν τὴν Λυσανίου καὶ ὅποσα ἐν τῷ Λιβάνῳ ὄρει* Ioseph. Antt. XIX, 5, 1. *Ἄβιλα ἐπικαλουμένη Λυσανίου* Ptolem. V, 14 (15), 22. *καὶ τρίτη τις αὐτὴ Ἀβελὰ τῆς Φοινίκης μεταξὺ Δαμασκοῦ καὶ Φοινίκης* O. S. p. 225, 9. Abila It. Ant. 198, 5; 199, 6. *ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις Φοινίκης Ἄβιλα ἐξ ἧς ἦν Διογένης ὁ διασημότατος σοφιστής.* Steph. s. v. *Ἀβίλη*. Tavila R. A. 88, 10. Abila Tab. Peut. *Ἰορδάνης ἐπ.* [*Ἀ*]*βίλης* (Paris. Baluzii Abilae) *ὁρίσας ὑπέγραψα* a. 451 Mansi VII, 145 cfr. 325. Ioannes ep. Abilae Mansi VII, 559. Alexander Abilae a. 518 Assemani diss. de Monoph. Michael Magnus p. 177 Langlois. *ἐπὶ τοῦ ἁγιωτάτου Ἰωάννου τοῦ ἐπισκ*[*όπου*] *ἡμῶν* a. 563. Waddington 1878. Situs urbis constituitur titulo Latino quem habes apud Waddington 1874. cfr. Ritter Erdkunde XVII, 1274. Robinson: Neuere bibl. Forsch. p. 626 sq. Seetzen IV, p. 86. Furrer ZDPV. VIII p. 40. Marquardt Röm. Staatsverw. I^2 p. 401 sq.

985 *Ἔμισσα*] A. *Αἴμησα* B. *Ἔμισσα* et Hierocl. 717, 2. *τὸν Ἐμισηνόν* Vaticanus Zosimi I, 10, 2. *τὴν Ἔμισαν* I, 39, 2. I, 51, 2; 52, 1; 54, 1, 2; 56, 2. *τῆς Ἐμίσης* I, 52, 3. *τοὺς Ἐμισηνούς* I, 54, 1. *Ἔμισα πόλις Φοινίκης Λιβανουσίας, ὡς Λάρισα . . . Διονύσιος δὲ ὁ ποιητὴς συνέστειλε τὸ ι. φησὶ γάρ· „τῆς δὲ πρὸς ἀντολίης Ἐμίσων πόλις.“* Steph. Byz. s. v. *Ἔμισα*. Ptolem. V, 14 (15), 19. Emissa Amm. Marc. XIV, 7, 18; 8, 9 (sed Emesa XXVI, 6, 20). *ἕως πόλεως Ἐμίσης, τῆς τοῦ Λιβάνου Φοινίκης.* Ioann. Malal. I p. 391 ed. Ox. Plinii (NH. V, 23, 81) libri praebent hermisenos, ermysenos, ermisenos, aermysenos, unde Urlichs Hemisenos scripsit. (V, 26, 89 Hemesa.) *Σιλβανὸς τῶν ἀμφὶ τὴν Ἔμισαν ἐκκλησιῶν ἐπίσκοπος.* Euseb. H. E. VIII, 13, 3. Anatolius Emissae a. 325 Mansi II, 698.

(ⲉⲙⲉⲧⲥⲁ Zoëga p. 244). *Ἐμίσης* Morelli p. 227. Emisenus Mansi II, 1307. *Εὐσέβιον τὸν ἐπικληθέντα Ἐμισηνόν*. Socrates II, 9, (ubi tamen Florentinus alter *ἐμεσηνόν*). *Παῦλος ἐπ. Ἐμίσης*. Epiphan. contra haereses LXXIII, 26 p. 317 Dind. hemisa habet Parisinus 4807 It. Ant. 193, 2 et 198, 1 libri omnes praeter Ovetensem. Emisenae civitati Phoenices Dig. L. XV, 1, 4.

986 *Λαοδίκεια*] Hierocles 717, 3. Polyb. V, 45, 7. *Λαοδίκεια ἡ πρὸς Λιβάνῳ* Strabo XVI p. 755 C. Laodicenos qui ad Libanum cognominantur. Plinius HN. V, 23, 82. *Λαοδίκεια ἡ ἐν τῇ Φοινίκῃ* Appian. Syr. 57. *Σκαβίωσα Λαοδίκεια* Ptolem. V, 14, (15), 20. Laudicia scabiosa Tab. Peut. Laudicia It. Ant. 198, 2; 199, 9: Laoditia R. A. 88, 8. (Laodicena colonia cuius Dig. L, XV, 1, 3 mentionem faciunt, Laodicea ad mare est; nam in Syria Coele (= Syria magna) sita esse dicitur.) *Πλάκων Λαοδικείας* in conciliabulo Ephesino a. 431 Mansi IV, p. 1269. *Βαλέριος ἐπ. πόλεως Λαοδικείας τῆς Φοινίκης* a. 451 Mansi VII, 145. (Placonem Scabiosae Laodiceae episcopum fuisse, inde certum est quod Macarius Laodicenus Ephesino et Chalcedonensi affuit; is igitur Laodiceae ad mare praefuit.) cfr. Robinson: Neuere biblische Forschungen in Palaestina p. 722 sq. Furrer ZDPV. VIII p. 31. Sachau: Reise in Syrien und Mesopotamien p. 58.

990 *κλίμα Ἰαβρούδων*] *Ἰαμβρούδων* B. *Λαοδικηνῆς πόλεις αἵδε . . . Ἰάβρουδα*. Ptolem. V, 14, (15), 20. Gennadius Iabrudorum Ybutensis provinciae Arabiae Mansi II, 694 est ep. Esbuntiorum cfr. 699 et Syrum: GNDIS D| 'SBWNṬWN Cowper p. 10. *Εὐσεβίου πόλεως Ἰαβρούδων* a. 451 Mansi VII, 169. Abydenus p. 559 corruptum est ex „Iabrudenus.“ Thomas Iabrudorum a. 518. Assemani diss. de Monoph. (Thomas de Nargab (Marcah). Michael Magnus p. 177 Langlois) nunc Iabrûd. Ritter, Erdkunde XVII, 267. Waddington ad 2566. Furrer ZDPV. VIII, 36. Socin p. 559.

991 *Εὐάριος ἤτοι Ἰουστινιανούπολις*] *Παλμυρηνῆς δὲ πόλεις αἵδε . . . Αὐερία.* Ptolem. V, 14, (15), 24. *Θωμᾶς ἐπ. Εὐαρείας* a. 451 Mansi VII, 145. Thomas ep. Evariae Mansi VII, 559. nunc Ḫawârîn. Sachau: Reise in Syrien und Mesopotamien p. 53 sq. Furrer ZDPV. VIII p. 28.

993 *κλίμα Μαγλούδων*] *μαγαιγλουδων* B. nunc Maʿlûla. Wright catal. Mus. Brit. p. 327, 328. Ritter XVII, 266. Sachau l. c. p. 22. Furrer ZDPV. VIII p. 36. Socin p. 559 etc. Waddington ad. 2563 *Μαγλούλων* scribere vult.

994 *Σάλτον Γοναϊτικόν*] Kruse (Seetzen IV p. 10) Saltum prope Magluda situm fuisse censet; sed cum ordo urbium in indice Phoenices Libanensis satis turbatus sit, nil inde colligendum est. Cod. Iust. XI, 69, 2 possessiones Gonatici saltus. Wesselingius (ad Hierocl. 716, 8) et Kuhn (die städt. u. bürgerl. Verfassg. d. röm. Reichs II p. 333) idem nomen sub Hieroclis *Πογωνᾶς* latere censent, cuius verba haec sunt: *Ἄραδος, Ἀντάραδος, Κωνσταντῖνα, Πογωνᾶς, Πανείας.* Equidem coniecerim legendum esse:

Ἄραδος
Ἀντάραδος [*Κωνσταντῖνα Πωγωνᾶς*]
Πανειάς.

Oppida Constantina et Pogonas aeque ignota. Sed cum Constantini Pogonati tempore Mardaitae montis Libani et regionum adiacentium a Mauro monte usque ad urbem sanctam (Theophan. 355, 6) potiti essent, fieri potuit, ut Antaradus, adiuvantibus Graecis, Mardaitarum praesidium fieret et in honorem imperatoris novum nomen acciperet. Nomen glossema esse videtur, Hieroclis verbis postea additum. Sed haec omnia dubia et incerta.

995 *Σαλαμίας*] Item a Seriane Scytopoli mpm. CCCXVIII sic Salaminiada mpm. XXXII Emesa mpm. XVIII etc. It. Ant. 197, 6. Inter episcopos Antiochenos recensentur *λιτοὶ δύο· Σαλμιάδος. Βαρκουσῶν* Euseb. ed.

Schoene I App. p. 83, 6—8. *λιττοὶ δύο. σαλαμί̅δ. μαρκουσῶν* Coislin. CCCXLVI (= Parthey N. V, 74 —76). Allocutioni Severi patriarchae ad monachos orientales datae subscribit Iulianus ep. Salamiadis (SLMI') Wright, cat. Mus. Brit. v. 970b. In Notitia Latina (Itin. Hieros. p. 338) inter archiepiscopos recensetur: „Salamias". *ἔτι ἔχει (ἡ Ἀντιόχεια) καὶ ἀρχιεπισκοπὰς λιτὰς καὶ ἐλευθέρας πέντε· ᾱ. τὴν Σαλαμίων.* Nilus Doxap. 98. cfr. Wright cat. Mus. Brit. 830, 1071. „venit ad urbem Salamaitha. Illa est in extremis finibus Syrie." Sanctimonialis Heydenheimensis Hodoeporicon S. Willibaldi XXVI p. 268 Tobler et Molinier. Salamja. Iṣṭachrî ZDPV. VI, 9. Salamîja Aboulfeda Ib. VI, 62 p. 139. Nunc Salamîja vel Salamîje. Ritter Erdkunde XVII, 1049. Waddington ad 2633.

1002 *Διόσπολις ἤτοι Γεωργιούπολις*] Antoninus Placentinus c. ann. 570 sanctum Georgium Lyddae sepultum esse primus tradit cp. 25. „Caesaream Palestinis vel Diaspoli (Diaspolis Sangallensis) civitates quae antiquitus dicitur Azotus, in qua requiescit sanctus Georgius martyr." Nomen Georgiopolis ante Georgium Cyprium non occurrit. „et venit in locum Diospolim ad sanctum Georgium." Sanctimonialis Heydenheimensis Hodoeporicon S. Willibaldi XXV p. 268 Tobler et Molinier. *ᾱ. τὴν Διοσπόλεως ἤτοι Γεωργιουπόλεως.* Nilus Doxap. 143. Lida quae est hodie Georgius Sanctus. Not. XXIV apud Schelstrate Ant. eccl. II p. 770.

1005 *Ὄνους*] *Ὀνοῦς* B. *Ὀνοῦς* Hier. 719, 4. *Ὠνὰν* Paralip. I VIII, 12. *ἐν ταῖς κώμαις ἐν πεδίῳ Ὠνώ* Nehem. VI, 2. Hodie Kefr ʿAna. Socin p. 141. Urbs episcopalis numquam fuit; quamobrem episcopos Lequien frustra quaesivit.

1006 *Σῴζουσα*] Hierocl. 719, 5. *Σῴζουσαι πόλεις τρεῖς Φοινίκης, Πισιδίας καὶ Αἰθιοπίας* Steph. s. v. *Βαραχίου Σῳζούσης Παλαιστίνης* a. 449 Mansi VI, 609.

cfr. 918. *Λεόντιος ἐπ. Σωζούσης* a. 536 Mansi VIII, 1074, 1172. Damiano religiosissimo ep. Sozusae (cod. Bellovac. Sozise) a. 553 Mansi IX, 173.

1012 *Διοκλητιανούπολις*] Hierocl. 719, 2. *Ἐλισσαῖος ἐπ. Διοκλητιανουπόλεως.* Epiphan. contra haereses LXXIII, 26 p. 318 Dindorf. De Elia (Mansi IX, 392) dubitari potest, utrum episcopus Diocletianopoleos Palaestinae an Phrygiae Pacatianae fuerit.

1016 *Ῥεγεὼν Ἀπάθους*] „An est *Ἀμαθοῦς*. At illa videtur ad secundam potius referenda." Relandi Palaest. ill. I p. 215 N. 4. Secundae certe Palaestinae attribuenda est Emmatha, aquarum calidarum urbs vicina Gadaris; sed Amathus cum XXI mill. ad meridiem Pellae vergat, sine ullo dubio Palaestinae I urbs fuit. cfr. onomast. sacra ed. de Lagarde 219, 75: *Αἱμάθ τῆς κοιλάδος πόλις . . λέγεται δὲ καὶ νῦν Ἀμαθοῦς κώμη ἐν τῇ Περαίᾳ τῇ κατωτέρᾳ, Πελλῶν διεστῶσα σημείοις κα, εἰς νότον. καὶ ἄλλη δὲ κώμη πλησίον Γαδάρων, ἥ ἐστιν Ἐμμαθᾶ, ἔνθα τὰ τῶν θερμῶν ὑδάτων θερμὰ λουτρά. — Ἀλέξανδρος Γαδάρων τε πολιορκίᾳ κρατεῖ καὶ Ἀμαθοῦντος, ὃ δὴ μέγιστον μὲν ἦν ἔρυμα τῶν ὑπὲρ Ἰορδάνην, τὰ τιμιώτατα δὲ τῶν Θεοδώρου τοῦ Ζήνωνος κτημάτων ἦν ἐν αὐτῷ.* Ios. B. I. I, 4, 2. cfr. Antt. XIII, 13, 5. cfr. B. I. I, 8, 5; Antt. XIV, 5, 4. Eadem regia Herodis esse videtur, cuius Iosephus meminit; *κατεπρήσθη δὲ καὶ τὰ ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ἐν Ἀμαθοῖς βασίλεια.* Antt. XVII, 10, 6. *κατεφλέγη δὲ καὶ τὰ πλησίον Ἰορδάνου βασίλεια κατὰ Βηθαράμαθον* B. I. II, 4, 2. *Θεοδοσίου Ἀμαθοῦντος* Mansi VI, 609. Theodosius in latrocinio Ephesino inter Palaestinenses episcopos recensetur; sed tamen res incerta; Mansi VI p. 854 enim prorsus alio loco inter Asianos episcopos sententiam dicit. *Σέργιον καὶ Παῦλον . . προσελάβετο, . . οἵτινες . . τῆς τῶν Ἀμαθούντων καὶ τοῦ Ἀϊλᾶ τὰς ἱεραρχίας διεδέξαντο* Cyrill. vita S. Sabae XXVII (Coteler. Eccles. gr. monum. III p. 258). Epistolae

Ioannis et synodi III Palaestinarum (a. 518) subscripsit: *Προκόπιος ἐπ. Ἀμαθούντων*; Mansi VIII, 1074. 536 concilio Hierosolymitano adfuit *Διονύσιος ἐπ. Ἀμαθούντων* Mansi VIII, 1176. Nunc Amata cfr. Robinson II, 555; III, 2, 920. Ritter, Erdkunde XV, 1031.

1019 *Ῥεγεὼν Γάδαρα*] *Γαζέρ* Iud. I, 29. *ἕως τῆς γῆς Γαζηρά* II Regn. V, 25. *Γαζέρ* III Regn. IX, 17. *ἀπὸ Ἀδασὰ ἕως τοῦ ἐλθεῖν εἰς Γάζηρα* I Maccab. VII, 45. *ἄχρι Γαδάρων καὶ τῶν πεδίων τῆς Ἰδουμαίας καὶ Ἀζώτου καὶ Ἰαμνείας* Ioseph. Antt. XII, 7, 4. *ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ ἡ Γαδαρὶς ἔστιν, ἣν καὶ αὐτὴν ἐξιδιάσαντο οἱ Ἰουδαῖοι, εἶτ' Ἀζωτὸς καὶ Ἀσκάλων* Strabo XVI p. 759 C. *Γαζέρ . . καὶ νῦν καλεῖται Γαζάρα κώμη Νικοπόλεως ἀπέχουσα σημείοις δ̄ ἐν βορείοις.* O. S. 244, 14. *Ἄριζα* Hierocl. 719, 10 *ἐκ Γάζαρα* vel *Γάδαρα* corruptum esse censet Wesselingius. Concilio Hierosolymitano a. 536 adfuerunt *Ἀράξιος ἐπ. Γαδάρων* et *Θεόδωρος ἐπ. Γαδάρων* quorum unus Iudaeae Gadarae episcopus fuerit. Nunc Tell el-Gezer. Socin p. 143.

1020 *Ἄζωτος Πάραλος, Ἄζωτος ἢ Ἵππινος*] Similiter Hierocles 718, 5, 6 distinguit inter Azotum maritimam (*Ἄζωτος παράλιος*) et Azotum mediterraneam (*Ἄζωτος μεσόγειος*). „Duplicem Azotum, si Notitias exceperis, vix alibi reperies." Wessel.

1022 *Εὐκωμάζων*] *Συκαμάζων* Hierocl. 719, 3. *Αἰάνης* (v. l. *Αἰήνης*, vetus versio prave Ioannes) *ἐπ. Συκαμαζόνος* a. 431 Mansi IV, 1217; 1124; 1152; 1366. *Διονυσίου Συκαμαζόνος* a. 449 Mansi VI, 609. *Ἀλφειὸς ἐπ. Συκομαζόνος* a. 518 Mansi VIII, 1071. *Βασίλειος ἐπ. Συκομαζόνος* a. 536 Mansi VIII, 1174.

1023 *Βιττύλιος*] *Βιτύλη* Hierocles 719, 11. (*Αἴας*) *τὴν τοῦ Βοτωλίου ἐκκλησίαν ἐπετρόπευσε* Sozom. VII, 28. *Μανουήλιος ἐπ. τοῦ Βιτυλίου* Mansi VIII, 1174. „Quae sequitur *Βιτύλη* Bethelne an Betulia sit, in dubio est." Wessel. „Estne notissima urbs Bethel

... an vero Betulia Hieronymi et *Βηθελία* Sozomeni vicus prope Gazam." Relandi Palaest. illust. c. p. 665. Absque ullo dubio Bittylius vel Bityle vicus Gazaeus est. *Βηθελία κώμη Γαζαία πολυάνθρωπος* Sozom. V, 15. *Βηθελέα κώμη τοῦ νομοῦ Γάζης* Sozom. VI, 32. Betilium (v. l. Vetilium, Vetulium) Hieronymus vita S. Hilarionis 30. T. II p. 30 Vallars. De Rafia usque ad Betuliam ubi Olofernes mortuus est, milia XII. Theodosius p. 17 Gildemeister. Nam ex ordine oppidorum ab Hierocle Georgioque recensitorum manifestum fit Bittylium castrum orae Philistaeae fuisse; nullo modo Bethel vicus inter Aeliam et Neapolim positus esse potest, de quo Hieronymus (O. S. 83, 33): usque hodie parvus licet vicus ostenditur. Bethelia Gazaea contra incolarum frequentia gaudet. Quae Kruse (Seetzen IV, 344) dicit, nugae sunt. Nam episcopus a. 362 est Ajax qui certissime Gazaeae Betheliae ep. fuit. Sozomenus enim cuius genus ex eodem loco originem duxit et inter christianorum proceres magnum locum obtinuit, (Sozom. V, 25) accurate de eius vita narrat Zenonemque fratrem, ep. Maïumae se ipsum vidisse testatur. (*μᾶλλον δὲ καὶ ἡμεῖς τεθεάμεθα* VII, 28) i. e. eo tempore quo ipse iuvenis Betheliae in urbe patria commorabatur.

1024 *Τρικωμίας*] Sollemni notitiarum more genetivus loco nominativi ponitur, quo decepti viri docti castrum „*Τρικωμίας*" appellari existimarunt. Nomen Nysae indidit Malalas chronogr. I p. 177 ed. Oxon: *καὶ ἀνῆλθον εἰς τὴν χώραν τῆς Παλαιστίνης ἐπὶ τὴν Τρικωμίαν· καὶ προσεσχηκότες οἱ τῆς Τρικωμίας τὸ ἱερατικὸν τῆς Ἰφιγενείας σχῆμα, ἐδέξαντο αὐτὴν ἐν τιμῇ .... κτίσαντες δὲ οἱ Τρικωμῖται ἱερὸν Ἀρτέμιδος μέγα, παρεκάλεσαν τὴν Ἰφιγένειαν θυσιάσαι Ἀρτέμιδι κόρην παρθένον .... ἐκάλεσε τὴν πόλιν, τὴν πρώην οὖσαν κώμην, πόλιν Νύσσαν ἡ Ἰφιγένεια εἰς ὄνομα τῆς ὑπ' αὐτῆς σφαγιασθείσης κόρης.* cfr. Cedren I, 237, 1—6. Cramer Anecd. Paris. II, 225, 17—26. Nunc Ter-

ḳûmîje. Robinson III, 217, 865. Ritter Erdkunde XVI, 161. Socin p. 323.

1027 *Σάλτων Γεραϊτικὸς ἤτοι Βαρσάμων*] *ὅτι δὲ τὰ Γέραρα τῆς Παλαιστίνης ἐστὶν, οὐδένα ἀντερεῖν οἶμαι. περὶ γὰρ τὴν καλουμένην Ἐλευθερόπολιν Γεραρηνῶν Σαλτὸν μέχρι τοῦ παρόντος ὠνόμασται* Theodoret. quaest. I in II Paralip. T. I p. 575 Schulze. Ritter Erdkunde XIV, 107 *Βαρσάμων* et 1052 *Βιροσάβων* unum eundemque vicum esse censet, quippe qui in limite I et III Palaestinae positus sit. Verum et Notitia Dign. Or. (XXXIV, 5, 10, 18, 22) Berosabam et Birsamam distinguit. cfr. Relandi Palaest. illustr. I p. 215, 11 qui *Γεραριτικὸς* et Noeldeke Hermes X, 162 qui *Σάλτων Γερα(ρ)τικὸς* legendum proponit. *Ἰδουμαίας . . . Βέρζαμμα* Ptolem. V, 15, (16), 10. Ducianum officium sub Versamini et Maenaeni castri nomine salutaria statuta conatur evertere. Cod. Theodos. VII, 4, 30.

1033 *Ἄβιλα*] *Γάδαρα τὴν πρὸς θερμοῖς ὕδασιν, Ἄβιλαν, Ἵππον, Δίαν* Sync. 559, 1. Hierocl. 720, 4. *καὶ ἄλλη πόλις ἐπίσημος Ἀβελὰ οἰνοφόρος καλουμένη, διεστῶσα Γαδάρων σημείοις ιβ' πρὸς ἀνατολάς* O. S. 225, 7. *τὴν μὲν Βαταναίαν καὶ Σαμάρειαν καὶ Ἄβιλα καὶ Γάδαρα* Polyb. apud Iosephum Antt. XII, 3, 3. *Ἄβιλα μὲν καὶ Ἰουλιάδα κατὰ τὴν Περαίαν* Ios. B. I. II, 13, 2. cfr. Polyb. V, 71, 2. *Ἀβιληνὸς τῆς Δεκαπόλεος* Waddington 2631. cfr. eiusdem notas. *τῖς πώλεος Ἀβέλις* Waddington 2070 p. Abila. Theodosius de situ T. S. ed. Gildemeister p. 26. *Σολομῶν ἐπ. Ἀβέλης* a. 518 Mansi VIII, 1074. *Νικόστρατος ἐπ. Ἀβίλης* a. 536 Mansi VIII, 1171. *Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπ. Ἀβήλης* (= *Ἀβίλης*). Cyrill. Scythopolit. v. S. Sabae LXXXVI (Coteler. Ecclesiae Gr. Mon. III p. 366) *Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀβίλλης* c. XC p. 375 a. 544. Nunc Âbil Seetzen I p. 353, 371; IV p. 190 sq. Ritter, Erdkunde XV, 1059.

1034 *Μαξιμιανούπολις*] Hierocles 720, 10. Civitas Maxia-

nopoli It. Burdig. 586, 3. Maximianopolim. Itin. Hieros. p. 325 Hieronym. in Zachariam L. III c. XII, 11 (T. VI p. 904 Vallars): Adadremmon pro quo LXX transtulerunt *ῥοῶνος*, urbs est iuxta Iezraelem, quae hoc olim vocabulo nuncupata est, et hodie vocatur Maximianopolis in campo Maggedon, in quo Iosias rex iustus a Pharaone cognomento Nechao vulneratus est. In Osee L. I c. I, 5 (T. VI p. 7 Vallars). Supra diximus Iezraelem, quae nunc iuxta Maximianopolim est, fuisse metropolim regni Samariae, propter quam sunt campi latissimi et vallis nimiae vastitatis, quae plus quam decem millium tenditur passibus.

Nicaeno a. 325 subscripserunt Maximus Maximianopolitanus et Paulus Maximinopolis. Sed ab indice corruptissimo editionis Romanae discrepant ceteri omnes:

Mansi II, 693 (ed. Rom.)	Mansi II, 698 (codd. Paris.)	Zoëga p. 244	Morelli p. 226	Cowper p. 8.
Eusebius Caesariensis	Eusebius Caesariensis	⟨ⲉⲩⲥⲉ⟩ⲃⲓⲟⲥ ϩⲛ ⲕⲁⲓⲥⲁⲣⲉⲓⲁ	Εὐσέβιος Καισαρείας	'WSBIWS D| Ḳ'SRI'
Sabinus Ascalonitanus	Sabinus Gadarensis	ⲥⲁⲃⲓⲛⲟⲥ ϩⲛ ⲕⲁⲇⲁⲣⲁ	Σαβῖνος Γαδάρων	SBINWS D| G'DR'
Longinus Nicopolitanus	Longinus Ascalone	ⲗⲟⲅⲅⲓⲛⲟⲥ ϩⲛ ⲁⲥⲕⲁⲗⲱⲛ	Λογγῖνος Ἀσκάλωνος	LWNGINWS D| 'ŠḲLWN
Petrus Iamniensis (Iamnites)	Petrus Nicopolitanus	ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ϩⲛ ⲛⲓⲕⲟⲡⲟⲗⲓⲥ	Πέτρος Νικοπόλεως	PṬRWS D| NIḲWPWLIS
Macrinus Eleutheropolis	Macrinus Iamniae	ⲙⲁⲕⲣⲓⲛⲟⲥ ϩⲛ ⲓⲁⲙⲛⲓⲁ	Μαριανὸς Ἰαμνείας	MḲRINWS D| I'MNI'
Maximus Maximianopolitanus	Maximus Eleutheropolitanus	ⲙⲁⲝⲓⲙⲟⲥ ϩⲛ ⲉⲗⲉⲩⲑⲉⲣⲟⲡⲟⲗⲓⲥ	Μάξιμος Ἐλευθερόπολεως	MKSIMWS D| 'LWTRPWLIS
Paulus Maximinopolis	Paulus Maximianopolitanus	ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ϩⲛ ⲙⲁⲝⲓⲙⲓⲁⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ	Παῦλος Μαξιμιανουπόλεως	PWLWS D| MAKSIMINPWLIS
Ianuarius Ierichuntinus etc.	Ianuarius Hierico etc.	ⲓⲁⲛⲟⲩⲁⲣⲓⲟⲥ ϩⲛ ϩⲓⲉⲣⲓⲭⲱ	Ἰαννουάριος Ἱεριχούντων	INWRIS D| 'IRIḤW

Cum et aliis testimoniis constet Longinum Ascalonis et Macrinum Iamniae antistites tempore concilii Nicaeni fuisse, inde sequitur genuinam episcoporum sediumque seriem codices Parisinos, Aegyptium, Graecum, Syrum exhibere. In editione Romana cum vox Gadarensis excidisset, omnia sequentia *ἐθνικὰ* loco suo mota sunt. Quamobrem Le Quien quinque praesules recenset qui numquam fuerunt. Cuius vestigia more suo fideliter pressit R. P. Pius Gams O. S. B. in fastis suis ecclesiasticis. *Μέγας ἐπ. τῆς Μαξιμιανουπολιτῶν* a. 518 Mansi VIII, 1074. *Δόμνος ἐπ. Μαξιμιανουπόλεως* a. 536 Mansi VIII, 920, 1146, 1174. Titulus in urbe Ḳanawât repertus (Waddington 2361:) *Πέτρος Διομήδους ἐπίσκοπος Μαξιμιανουπόλεως ἔνθαδε κεῖται* Krusium (Seetzen IV, 53) adduxit, ut Ḳanawât Maximianopolim esse contenderet. Sed titulus potius contra facit; nam si Petrus eiusdem urbis in qua sepultus est sacerdos fuisset, a monumenti conditoribus *ἐπίσκοπος* vel *ὁ ἐπίσκοπος ἡμῶν* nominatus esset. cfr. Waddington 1915, 1878, 2235. Maximianopolis urbs provinciae Arabiae cuius Petrus episcopus fuerit, occurrit in actis concilii Chalcedonensis, ubi Constantinus metropolita Bostrorum cum pro aliis suffraganeis, tum „*ὑπὲρ Σεβήρου Μαξιμιανουπόλεως*“ subscribit. Mansi VII, 168. cfr. Waddington ad 2413 et 2361. Urbs prope Legionem (hodie el-Leǵûn) sita erat. Robinson III, 792 sq. Neuere bibl. Forschungen p. 153, 154.

